

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI

OPERA.

PARIS: — EXCUSEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI

OPERA.

GRÆCE ET LATINE.



RECOGNOVIT

GUIELMUS DINDORFIUS.

VOLUMEN SECUNDUM.

ACCEDUNT EGLOGÆ PHOTIANÆ QUÆ PERTINENT AD HISTORIAM JUDÆORUM

SUBJECTI SUNT INDICES PLENISSIMI ET FRAGMENTA NOVA
POLYBII, DIONYSII, DEXIPPI, EUSEBII.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI IMPERIALIS FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXV.

SS. 875 (08) C 732 ~~129~~ Josephus Flavius

AM

PRÆFATIO G. DINDORFII.

Josephi opera postquam proximis post inventam artem typographicam temporibus plusquam vices Latine edita essent, Græce primum prodierunt Basileæ a. 1544 opera Arnoldi Peraxylæ Arlenii, codicibus ex quibus ederentur non prudenter delectis, sed, ut ferebat illorum temporum in arte critica infantia, omnium prope qui adhuc innotuerunt nequissimis arreptis. Ea editio postquam aliquoties alibi repetita esset, levissimis factis mutationibus, primus qui paullo diligentiores in hoc scriptore operam poneret Joannes Hudsonus exstitit, qui non solum novam interpretationem Latinam confecit, sed etiam melioris notæ exemplaria manuscripta, inter quæ eminent Vossiana Leidensia, conquirere cœpit, quorum ope innumera quidem priorum editionum vitia correxit in editione Oxoniensi a. 1720, sed longe plurima tamen aliis agenda reliquit. Quibus perficiendis prorsus imparem se gessit qui editionem Hudsonianam utilibus inutilibusque accessionibus auctam sex annis post Lugduni Batavorum repetivit Sigbertus Havercampus, licet non solum eadem omnes quæ Hudsono præsto ei essent librorum Mss. copiæ, sed novæ etiam et eximæ suppeterent. Post Havercampum qui Josephi opera attigerunt duos tantum invenio quos hoc loco memorem clari nominis viros, alterum Jo. Aug. Ernestium, qui in Antiquitatum Judaicarum libris multa egregie emendavit in Observationibus post mortem ejus editis a. 1795, alterum Ed. Cardwellum, qui Belli Judaici historiam longe quam adhuc ferebatur emendatiorem cum amplo vetustiorum codicum apparatu Oxonii edidit a. 1837. Eo igitur in loco quum rem esse videret eruditissimus hujus Bibliothecæ editor, Ambr. F. Didot, nullamque quæ repeti posset editionem omnia Josephi scripta complectentem inveniret, ego exemplar Hudsonianum ei concessi, cujus in marginibus plurima vulgatæ lectionis vitia ex codicibus emendaveram, alia ex conjecturis vel aliorum vel meis correxeram, licet bene sentirem quam longe hæc omnia ab ea absint perfectione

“

quam non poterit attingere nisi qui præstantiores quosdam codices denū et accuratius quam adhuc factam examinare diuturnamque in scriptore gravissimo et emendando et explanando operam ponere volet. Præterea spem feceram Didotio fore ut alteri huic volumini præfationem præmitterem ejusdem fere ambitus qualem Pausaniæ in alio hujus Bibliothecæ volumine nuper ab se edito præfixit L. Dindorfius. Verum quum post volumen prius aliquo abhinc tempore editum multorum, inprimis theologorum, desiderio satisfactum commodisque melius consultum iri cognovisset Didotius, si grandia nec parvo parabilia Havercampi volumina in posterum etiam adeundi necessitate illos liberaret, mutato consilio tertium, mediocri illud ambitu futurum, addere decrevit volumen, quo quæ ad emendationem et interpretationem utilia vel allata essent (*) vel nova conferri possent breviter exposita complecteretur, addito etiam qui pridem ab me confectus est exquisitoris Græcitatæ indice, certiore consilio quam Hudsonianus, quem Havercampus repetivit, instituto.

Scr. Lipsiæ Kal. Dec. 1846.

(*) [Præter edita delectus haberi poterit ex ineditis observationibus *Joannis Boivin*, quibus narratio *Josephi* multis locis vel explicatur docte vel aliis ex documentis corrigitur. Spes etiam facta nobis est excerptorum ex antiqua translatione Armeniaca, quæ eodicum hodie deperditorum locum utilissime supplebit.]

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἰκανῶς μὲν ὑπολαμβάνω καὶ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς, κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε, τοῖς ἐντευξομένοις αὐτῇ πεποικημένοι φανερόν περὶ τοῦ γένους ἡμῶν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι καὶ παλαιότατόν ἐστι καὶ τὴν πρώτην ὑπόστασιν ἔσχεν ἰδίαν, καὶ πῶς τὴν χώραν, ἣν νῦν ἔχομεν, κατήκχευεν, ἣν πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσιν ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ἱερῶν βιβλίων διὰ τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς συνεγραψάμεν. Ἐπεὶ δὲ συχνοὺς ὁρῶ ταῖς ὑπὸ δυσμενείας ὑπὸ τινῶν εἰρημέναις προσέχοντας βλασφημίαις, καὶ τοῖς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας, τεκμηρίον τε ποιομένους τοῦ νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν τὸ μηδεμίαν παρὰ τοῖς ἐπιφανέσι τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων μνήμης ἡξῶσθαι, περὶ τούτων ἀπάντων ὥρῃθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορούντων τὴν δυσμενείαν καὶ τὴν ἐκούσιον ἐλέγξει ψευδολογίαν, τῶν δὲ τὴν ἀγνοίαν ἐπανορθώσασθαι, διδάξαι δὲ πάντας ὅσοι τἀληθὲς εἰδέναι βούλονται περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. Χρήσομαι δὲ τῶν μὲν ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενων μάρτυσι τοῖς ἀξιόπιστοτάτοις εἶναι περὶ πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κακῶς ἡμῶν· τοὺς δὲ βλασφημίας περὶ ἡμῶν καὶ ψευδῶς γεγραφότας αὐτοὺς δι' αὐτῶν ἐλεγχομένους παρῆξω. Πειράσομαι δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἀποδοῦναι, δι' ἃς οὐ πολλοὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἑλλήνες ἐμνημονεύκασιν· ἔτι μέντοι καὶ τοὺς οὐ παραλιπόντας τὴν περὶ ἡμῶν ἱστορίαν ποιήσω φανεροὺς τοῖς μὴ γινώσκουσιν ἢ προσποιουμένοις ἀγνοεῖν.

β'. Πρῶτον οὖν ἐπέρχεται μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιωτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν τοῖς Ἑλλήσι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. Πᾶν γὰρ ἐγὼ τοῦναντίον ὁρῶ συμβεβηκώς, εἴ γε δεῖ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' εἰς αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν ἅπαντα νέα καὶ χθὲς καὶ πρῶτη, ὥς ἂν εἴποι τις, εὐρήσεις γεγονότα· λέγω δὲ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτη σχεδὸν ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ἢ περὶ τοῦ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. Τὰ μέντοι

JOSEPHUS. II.

FLAVII JOSEPHI

DE

ANTIQUITATE JUDÆORUM,

CONTRA APIONEM

LIBER I.

Satis quidem arbitror me per libros etiam Antiquitatum, virorum præstantissime Epaphrodite, lectoris eos planum fecisse de gente nostra Judaica, quod et vetustissima sit, et primam originem sibi propriam habuerit, utque regionem quam nunc tenemus incoluerit, quos, annorum quinque millium historiam complectentes, ex sacris libris nostris Græca lingua conscripsi. Quoniam vero multos video qui maledicis sermonibus, malo animo a quibusdam jactatis, fidem habeant, eaque quæ ego de antiquitate scripsi non credant, et recentiorē esse gentem nostram colligant ex eo, quod nulla ejus mentio facta fuerit apud celebres Græcorum historicos; de hisce omnibus putavi scribendum breviter, tum ut obtrectatorum malevolentiam voluntariumque falsiloquium arguerem, tum ut aliorum ignorantiam corrigerem, universosque de nostra antiquitate edoceram, qui veritatem scire desiderant. Eorum autem quæ a me dicuntur utar quidem testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide dignissimi habiti fuerunt: eos vero, qui probrose de nobis falsoque scripsere, ipsos suis verbis convictos dabo. Conabor etiam quid causæ fuerit aperire, quod non multi e Græcis in historiis gentis nostræ meminerint; nec non eos quoque, qui de nobis scribere in historiis non omiserunt, producam his qui aut nesciunt eos aut se nescire simulant.

2. Primum itaque vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiquissimis non aliis fidem quam Græcis habendam esse, non nisi ab illis verum expectandum, proinde neque nobis neque aliis quibuscunque credendum arbitrantur. Equidem hoc in genere secus omnino statuendum intelligo, si modo verum e rebus ipsis sumere potius, quam vanis opinionibus inherere malimus. Enim vero nova apud Græcos omnia, et ante unum, ut ita loquar, alterumve diem exstitisse reperias, urbium molitionem, excogitationem artium, et legum perscriptionem: omnium vero novissime ad scribendam historiam se contulerunt. At vero et Ægyptiis et

23

παρ' Αἰγυπτίους τε καὶ Χαλδαίους καὶ Φοίνιζιν (ἔω γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν) αὐτοὶ δὴ ποῦθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτην τε καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. Καὶ γὰρ τόπους ἀπαν-
 1. 5. τες οἰκοῦσιν ἥμισυ αἰς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἄμνηστον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παρα-
 λιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφω-
 1. 10. τῶν ἀεὶ καθιεροῦσθαι. Τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρία μὲν φθορὰ κατέσχον, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων· αἱ δὲ καινοὺς καθιστάμενοι βίους τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἀρχειν ἕκαστος τὸν ἀρ' ἑαυ-
 1. 15. τῶν. Ὅψι δὲ καὶ μόλις ἐγνώσαν φύσιν γραμμάτων. Οἱ γοῦν ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. Οὐ μὴν οὐδ' ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου δύναίτο τις ἂν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν οὐτ' ἐν ἱεροῖς οὐτ' ἐν δημοσίαις ἀναθήμασιν, ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσού-
 20. τοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον πολλὴ γέγονεν ἀπο-
 ρία τε καὶ ζητήσις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο· καὶ τῆς ἐπιγραφῆς μᾶλλον περὶ τοῦ τὴν νῦν οὔσαν τῶν γραμ-
 25. μάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν. Ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὐρίσκεται γράμμα τῆς Ὀμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. Οὗτος δὲ καὶ τῶν
 30. Τρωϊκῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος· καὶ φασὶν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποιήσιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευμένην ἐκ τῶν ᾠσμάτων ὕστερον συν-
 35. τεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σγῆν τὰς δια-
 φωνίας. Οἱ μὲντοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγ-
 40. γράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τοῦ-
 45. τιν ἐτινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προὔλαβον. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ θείων
 50. πρῶτους παρ' Ἑλλήσι φιλοσοφῆσαντας, ὃν Φερεκύ-
 δην τε τὸν Σύριον καὶ Πυθαγόραν καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν Αἰγυπτίῳ καὶ Χαλδαίῳ γε-
 55. νομένους μαθητὰς ὀλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα καὶ μόλις
 60. αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι.

γ'. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν ἄλογον τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα καὶ τὴν ἀληθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας; ἢ τίς οὐ παρ' αὐτῶν ἂν τῶν συγγραφέων μάθοι βραδίως ὅτι μηδὲν
 46. βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων εἰκάζον; πλεόν γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλ-
 λήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. Περὶ γὰρ ὃ ἂν εἶην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων ὅσα μὲν Ἑλλάνι-
 60. κος Ἀκουσίλαος περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον Ἐφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευ-
 δόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἐφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκείνον γεγυῆτες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες. Ἀλλ'

Chaldaeis et Phœnicibus (in hoc tempus enim nostrates cum illis numerare omitto) vetustissimam atque constantissi-
 mam rerum suarum habere memoriam fatentur ipsi. Ele-
 nim quum regionem incolunt omnium minime cœli inten-
 periei expositam, tum diligentiam in eo singularem adhi-
 buerunt, uti ne quid e rebus suis oblivione consepultum
 jaceret, sed potius omnia publicas in tabulas a viris sa-
 pientissimis semper relata dedicarentur. Contra vero
 tractum illum Græciæ universum infinitorum morborum
 subinde depasta lues rerum gestarum memoriam funditus
 abolevit; adeoque novo semper instituto vitæ curriculo,
 suum quique sibi universæ principium et caput esse,
 facile persuaserunt. Idem sero admodum, vixque tan-
 dem literarum naturam didicere. Nam qui vetustissi-
 mum illarum usum esse volunt, eas illi sese a Phœ-
 nicibus atque a Cadmo accepisse gloriantur. Neque
 tamen quisquam aut in sacris aut in publicis usquam
 monumentis ullum ejus temporis exstare vestigium osten-
 derit; ubi etiam de iis qui Trojanam expeditionem tanto
 post susceperere dubitatum per diu quaesitumque est, an hi
 literis usi fuerint. Qua de re verior ea constantiorque sen-
 tentia jam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum
 usum fuisse. Neque tu scriptum omnino apud Græcos ul-
 lum, cujus de fide modo constet, Homericæ poesi antiquius
 invenias. At eum post Trojana tempora natum esse nemo
 non fatetur: imo ne ab ipso quidem literis suam illam poe-
 sin mandatam esse ferunt, sed posterorum memoria pro-
 pagatam aliquamdiu, varis ex cantilenis collectam demum
 et contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo dis-
 crepantiæ reperiri. Verum qui ex illis ad scribendam hi-
 storiam animum appulere, Cadmus, inquam, Milesius, et
 Acusilaus Argivus, ac si qui præterea nominantur, paulum
 admodum Persicam adversos Græcos expeditionem tem-
 pore anteverterunt. Ad hæc qui de rebus cœlestibus atque
 divinis primi apud eos philosophari cœperunt, ut Pherecy-
 des Syrius et Pythagoras et Thales, illos et Ægyptiorum
 Chaldaeorumque discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse,
 ore omnes uno pronunciant: atque illa Græci quum omnium
 vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis ea
 scripta fuisse credunt.

3. Quis igitur vano stolidoque fastu Græcos laborare non videat, qui sibi et res antiquas tenere soli, et soli accu-
 ratam illarum integramque veritatem tradere videantur? imo quis non ex iisdem scriptoribus illud perfacile discat,
 perspecti ab iis nihil exploratique conscriptum, sed tantum
 quatenus assequi conjectura potuerint? scriptis enim suis
 alios passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus
 longe diversa loqui dubitant. Ego vero importunus et
 otiosus utique videar, si, quibus id quam ipsi mihi notius
 est, perdocere velim, quam in genealogiæ rationibus multa
 sint in quibus Hellenicus ab Acusilao dissideat; quam
 apud Hesiodum Acusilaus multa castiget; quam sæpe men-
 dacii reum Hellenicum Ephorus, Ephorum Timæus, Ti-
 mæumque recentiores, denique Herodotum universi pera-

οὐδὲ περὶ τῶν Σικελικῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φί-
λιστον ἢ Καλλιάν Τιμαίος συμφωνεῖν ἤξιωσεν, οὐδ' αὖ
περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀθίδας συγγεγραφότες, ἢ
περὶ τῶν Ἀργολικῶν οἱ τὰ περὶ Ἄργος ἱστοροῦντες
ἀλλήλοις κατηκολουθήκασιν. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ
τῶν κατὰ πόλεις καὶ βραχυτέρων, ὅπου γε περὶ [τῆς
περιγηγήσεως] τῆς Περσικῆς στρατείας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ
πραγθέντων οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασιν; πολλὰ
δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπὸ τινων κατηγο-
ρεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' αὐτὸν ἱστορίαν
συγγράφειν.

δ'. Αἰτίαι δὲ τῆς τοσαύτης διαφωνίας πολλαὶ μὲν
ἴσους ἂν καὶ ἕτεραι τοῖς βουλομένοις ζητεῖν ἀναφανέειν,
ἐγὼ δὲ δυοὶ ταῖς λεγθησομέναις τὴν μεγίστην ἰσχὺν
ἀντιῶμαι. Καὶ προτέρων ἔρω τὴν κυριώτερον εἶναι μοι
δοκοῦσαν· τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς
Ἕλλησι δημοσίας γενέσθαι περὶ τὸν ἑκάστοτε πραττου-
μένων ἀναγραφὰς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην καὶ
τὴν ἐξουσίαν τοῦ ψεύδεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα βουλευθεῖσι
περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέσχεν. Οὐ γὰρ μόνον
παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἡμελήθη τὰ περὶ τῆς ἀνα-
γραφῆς, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθο-
νας εἶναι λέγουσι καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον
εὐρίσκειται γενόμενον, ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων
ἀρχαιοτάτους εἶναι φασὶ τοὺς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς
περὶ τῶν φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγω πρότερον
τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος.
Περὶ μὲν γὰρ Ἀρχαίων τί δεῖ λέγειν ἀρχόντων ἀρ-
χιότητας; μόλις γὰρ οὗτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν
ἐπαυδαῖον.

ε'. Ἄτε δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προχρησθελημένης
ἀναγραφῆς, ἢ καὶ τοὺς μαθεῖν βουλομένους διδάξειν
ἐμελλε καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγξειν, ἢ πολλὴ πρὸς
ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγραφεῦσι. Δευ-
τέρων δὲ πρὸς ταύτῃ θετέον ἐκείνην τὴν αἰτίαν. Οἱ
γὰρ ἐπὶ τὸ γράφειν ὀρμήσαντες οὐ περὶ τὴν ἀλήθειαν
ἐσπούδασαν, καίτοι τοῦτο πρόχειρόν ἐστιν αἰεὶ τὸ
ἐπάγγελμα, λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο· καὶ καθ'
ὄντινα τρόπον ἐν τούτῳ παρευδοκίμησιν τοὺς ἄλλους
ὑπελάμβανον, κατὰ τοῦτον ἡρμόζοντο, τινὲς μὲν ἐπὶ
τὸ μυθολογεῖν τρεπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς χάριν ἢ τὰς
πόλεις ἢ τοὺς βασιλεῖς ἐπαينوῦντες, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ
κατηγορεῖν τῶν πράξεων ἢ τῶν γεγραφέντων ἐχώρη-
σαν, ἐνευδοκίμησιν τούτῳ νομίζοντες. Ὅλως δὲ τὸ
πάντων ἐναντιώτατον ἱστορίᾳ πράττοντες διατελοῦσι.
Τῆς μὲν γὰρ ἀληθοῦς ἐστὶ τεκμήριον ἱστορίας, εἰ περὶ
τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταῦτα καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν·
οἱ δ' εἰ ταῦτα γράφειαν ἑτέρως, οὕτως ἐνόμιζον αὐτοὶ
φανεῖσθαι πάντων ἀληθέστατοι. Λόγων μὲν οὖν ἕνεκα
καὶ τῆς ἐν τούτοις δεινότητος δεῖ παραχωρεῖν ἡμᾶς τοῖς
συγγραφεῦσι τοῖς Ἕλλησιν, οὐ μὴν καὶ τῆς περὶ τῶν
ἀρχαίων ἀληθοῦς ἱστορίας, καὶ μάλιστα γε τῆς περὶ
τῶν ἑκάστοις ἐπιχωρίων.

ς'. Ὅτι μὲν οὖν παρ' Αἰγυπτίους τε καὶ Βαβυλωνίους

gant. Neque vero aut de rebus Siculis eadem Timæus, quæ Antiochus et Philistus et Callias, sentire voluit. aut in Atticis qui Attidas scripsere, vel in Argolicis qui de Argis, aliorum alii sensum mentemque sequuti sunt. Quanquam quid ea persequi attinet, quæ per urbes passim contingere, et angustioribus omnino regionibus continentur, quum in ipsa quoque Persica expeditione ac rebus in ea gestis, laudatissimorum scriptorum magna sit plerumque dissensio? in multis vero etiam Thucydides, licet accuratissimam temporum suorum historiam perscribere videatur, a nonnullis accusatur falsa retulisse.

4. Cujus sane dissidii quum aliæ fortassis plurimæ aliis in illud anquirentibus occurrere possint, tum has præcipue duas summi momenti causas esse intellego. Atque ut ab ea, quæ mihi potior videtur, incipiam, quum totum illud res eas, quæ ubique fierent, publicas in tabulas referendi studium a Græcis jam usque ab initio neglectum fuisset, id sane quum errori maxime viam aperuit, tum iis etiam omnibus, qui de rebus antiquioribus scribere cogitarent, licentiam obtulit impune mentiendi. Nec enim reliqua duntaxat Græcorum natio hanc tabularum conficiendarum curam jacere permisit; sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen et indigenas et disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, quicquam ejusmodi factum reperias: quum e publicis quidem literis antiquissimas leges eas fuisse tradant, quas ipsis Draco de cæde tulit, homo qui non nisi paullo ante Pisistrati tyrannidem lucem aspexerat. Nam Arcadum meminisse quid attinet, qui quum de sua tantopere vetustate gloriuntur, vix tamen etiam post illa tempora literarum informari cognitione cõperunt?

5. Ita plane, quum vetustior commentarius nullus exstaret, qui vel docere discendi cupidos vel mentientes arguere posset, maxima est scriptores inter excitata dissensio. Cui causæ hæc altera adjungenda est. Qui enim ad scribendum sese contulerunt, ii non veritatis utique studio ducebantur, licet hoc profiteri solenne passim omnibus tralatitiumque sit, sed vim orationis unam ostendebant: atque ita quo se quisque genere alios superaturum esse maxime confidebat, in eo elaborabant plurimum. Ergo alii fabulas texere, alii civitatum aut regum benevolentiam et gratiam laudationibus eblandiri cõperunt: nonnulli res ipsas, aut illarum scriptores carpere ac vituperare maluerunt, quod in eo sese facilius excellere posse sperarent. Ceterum isti cum historiæ legibus omnino pugnant. Quum enim eo potissimum argumento historiæ veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuncient ac scribant: ita sese demum isti maxime reliquos omnes veritatis opinione superaturos putarunt, si ab reliquis maxime dissiderent. Certe dicendi genere et eloquentiæ vi cedere nos oportet scriptoribus Græcis; non autem historiæ de priscis veritate, et maxime de rebus propriæ uniuscujusque patriæ.

6. Jam quod apud Ægyptios et Babylonios ex Ion-

νίοις ἐκ μακροτάτων ἀνωθεν χρόνων τὴν περὶ τὰς ἀνα-
 γραφὰς ἐπιμέλειαν, ὅπου μὲν οἱ ἱερεῖς ἦσαν ἐγκεχειρι-
 σμένοι, καὶ περὶ ταύτας ἐφιλοσόφουν, Χαλδαῖοι δὲ
 παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις, καὶ ὅτι μάλιστα δὲ τῶν Ἑλ-
 15 λῆσιν ἐπιμιγνυμένων ἐχρήσαντο Φοίνικες γράμμασιν
 εἰς τε τὰς περὶ τὸν βίον οἰκονομίας καὶ πρὸς τὴν τῶν
 κοινῶν ἔργων παράδοσιν, ἐπειδὴ συγχωροῦσιν ἅπαντες,
 ἐάσειν μοι δοκῶ. Περὶ δὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων,
 20 ὅτι τὴν αὐτὴν (ἐγὼ γὰρ λέγειν εἰ καὶ πλείω τῶν εἰρη-
 μένων) ἐποίησαντο τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν,
 τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς προφήταις τοῦτο προστάξαντες,
 καὶ ὡς μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων περὶ τὰς μετὰ
 πολλῆς ἀκριθείας, εἰ δὲ θρασύτερον εἰπεῖν καὶ φυλα-
 χήσεται, πειράσομαι συντόμως διδάσκειν.
 25 ζ'. Οὐ γὰρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τούτων τοὺς ἀρίστους
 καὶ τῇ θεραπείᾳ τοῦ Θεοῦ προσεδρεύοντας κατέστησαν,
 ἀλλ' ὅπως τὸ γένος τῶν ἱερέων ἀμικτον καὶ καθαρὸν
 διαμένῃ, προυνόησαν. Δεῖ γὰρ τὸν μετέχοντα τῆς
 ἱερωσύνης ἐξ ὁμοειδούς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ
 30 μὴ πρὸς χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμὰς,
 ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα
 τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλοὺς παρασχόμενον μάρτυρας.
 Καὶ ταῦτα πράττομεν οὐ μόνον ἐπ' αὐτῆς Ἰουδαίας,
 ἀλλ' ὅπου ποτὲ σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν, κακεῖ
 35 τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς γάμους·
 λέγω δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἰ ποὺ τῆς
 ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῶν ἱερέων εἰσὶ τινες δι-
 σπαρμένοι. Πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱεροσόλυμα συγγρά-
 ψαντες πατρὸς τοῦνομα τῶν γειναμένων καὶ τῶν
 40 ἐπάνω προγόνων, καὶ τινες οἱ μαρτυροῦντες. Πόλε-
 μος δ' εἰ κατὰ σῶμα, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις,
 Ἀντιόχου τε τοῦ Ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος
 καὶ Πομπηρίου Μάρκου καὶ Κνίντιλου Οὐάρου, μά-
 λιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλειπό-
 45 μενοι τῶν ἱερέων καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμ-
 μάτων συνίστανται, καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθεῖσας
 γυναῖκας. Οὐ γὰρ ἔτι τὰς αἰγυμάλωτους γενομένας
 προσιένται, πολλάκις γενομένην αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλό-
 φυλον κοινωνίαν ὑφωρῶμενοι. Τεχμήριον δὲ μέγιστον
 50 τῆς ἀκριθείας· οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ δισχι-
 λίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν ἐν ταῖς
 ἀναγραφαῖς. Οἷς δὲ τῶν εἰρημένων ὅτι οὐκ ἐγένοντο εἰς
 παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε τοῖς βωμοῖς παρίστα-
 σθαι μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἀγιστείας. Εἰκότως
 55 οὖν, μάλλον δὲ ἀναγκαῖος, ὅτε μήτε τοῦ υπογράφειν
 αὐτεξουσίᾳ πᾶσιν ὄντος μήτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις
 ἐνούσης διαφωνίας, ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲν
 ἀνωτάτω καὶ τὰ παλαιότατα κατὰ τὴν ἐπίπνοιαν τὴν
 ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' αὐτοὺς ὡς ἐγένετο
 60 σαφῶς συγγραφόντων.

η'. Οὐ γὰρ μυριάδες βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμ-
 φώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνον πρὸς τοῖς εἰκοσι
 βιβλίοις, τοῦ παντός ἔχοντα χρόνον τὴν ἀναγραφὴν, τὰ
 ρηθὲν θεῖα πεπιστευμένα. Καὶ τούτων πέντε μὲν

gissimis retro seculis in rebus conscribendis adhibita fuerit
 diligentia, quando sacerdotibus quidem id officii commissum
 erat, et circa eas ipsi philosophabantur, Chaldaeis vero
 apud Babylonios, et maxime Phoenicibus qui Graecis im-
 mixti usi sunt literis, ut et vitæ rationem ordinarent, et
 opera publica memoriae traderent, dum consentiant omnes,
 prætermittendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus,
 quod eandem (mitto dicere an potius prædictis illis) ha-
 buerint in conscribenda historia curam, pontificibus et
 prophetis id muneris injungentes; quodque usque ad nostra
 tempora cum multa diligentia hoc ipsum servarint, et, si
 oportet audentius dicere, etiam servabitur, conabor breviter
 edpcere.

7. Non enim tantum ab initio his rebus viros optimos et
 in Dei cultu assiduos præfecere, sed et curam habuere ut
 genus sacerdotale purum semper impermixtumque ma-
 neret. Debet enim quisquis sacerdotio fungitur ex populari
 sua conjuge liberos quærere, neque ad pecunias aut ho-
 nores respicere alios, sed genus exquirere secundum anti-
 quam successionem multis probatum testimoniis. Et hæc
 observamus non in Judæa tantum, sed ubicunque pars
 aliqua est de nostra gente, ibi observatur sollicitè nuptia-
 rum sacerdotalium regula: puta in Ægypto, in Babylone,
 et sicubi terrarum præterea sparsi sunt nostrorum sacerdo-
 tum aliqui. Mittunt enim Hierosolyma descripta nomina
 parentum et majorum, additis testium nominibus. Quodsi
 bellum enascatur, ut sæpe factum est, sicut quum Antiochus
 Epiphanes terram invasit, et quum Pompeius Magnus, et
 quum Quintilius Varus, maxime vero nostris temporibus,
 tum qui supersunt sacerdotum novas ex veteribus tabulas
 conficiunt, et inquirunt in seminas superstites. Nam nec
 eas quæ bello captæ fuerunt recipiunt, suspectantes eam
 quæ sæpe talibus accidit cum alienigenis consuetudi-
 nem. Est autem argumentum diligentiae maximum circa
 ista, quod summi sacerdotes apud nos in commentariis
 descripti sunt ab annis bis mille cum suis parentumque no-
 minibus. Si quis adversus hæc vel tantillum deliquerit, ei
 non licet altari adstare, aut ceterarum ceremoniarum esse
 participem. Recte siquidem, potius autem ex necessitate,
 quum neque subscribendi potestas omnibus data, neque ulla
 sit in scriptis discrepantia; sed solummodo prophetis qui
 antiquissima et veterrima ex inspiratione divina cognita
 habuerint, suorum vero temporum res quo modo gestæ
 erant perspicue conscripserint.

8. Itaque apud nos nequaquam innumerabilis est libro-
 rum multitudo, dissidentium atque inter se pugnantium:
 sed duo duntaxat et viginti libri, totius temporis historiam
 complectentes, qui merito creduntur divini. Ex bis quin-

ἔστι τὰ Μωϋσέως, ἀ τούς τε νόμους περιέχει καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τρισχίλιον ὀλίγον ἔτιων. Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου τοῦ
 5 μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως ἀρχῆς, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφήται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραφαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις· αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τοῦ βίου περιέχουσιν. Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς
 10 χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δὲ οὐχ ὁμοίας ἡζῶνται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχὴν. Δῆλον δ' ἔστιν ἔργῳ πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. Τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρωχηκότος οὐτὲ προσθεῖναι τις οὐδὲν
 15 οὔτε ἀφελεῖν αὐτῶν οὔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. Ἰᾶσι δὲ σύμφυτον ἔστιν εὐθὺς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰουδαίοις τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ ταύτοις ἐμμένειν, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δεοί, θηήσκειν ἡδέως. Ἦδη οὖν πολλοὶ πολλὰκις ἐώρανται τῶν αἰχμαλώτων
 20 στρέβλας καὶ παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἐπὶ τὸ μὴδὲν βῆμα προσέσθαι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς. Ὁ τίς ἂν ὑπομείνειεν Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ τοῦ καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα,
 25 τὴν τυχοῦσαν ὑποστήσεται βλάβην; λόγους γὰρ αὐτὰ νομίζουσιν εἶναι κατὰ τὴν τῶν γραψάντων βούλησιν ἐσχεδιασμένους. Καὶ τοῦτο δικαίως καὶ περὶ τῶν παλαιότερων φρονοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τῶν νῦν ἐνίους δρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγγράφειν οἷς μήτ' αὐτοὶ πα-
 30 ρεγένοντο μήτε πυθέσθαι παρὰ τῶν εἰδόντων ἐφιλοτιμήθησαν. Ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ γενομένου νῦν ἡμῖν πολέμου τινὲς ἱστορίας ἐπιγράψαντες ἐξενηνόχασιν οὗτ' εἰς τοὺς τόπους παραβαλόντες οὐτε πλησίον τούτων πραττομένων προσελθόντες, ἀλλ' ἐκ παρακουσμάτων ὀλίγα
 35 συνθέντες, τῷ τῆς ἱστορίας ὀνόματι λίαν ἀναιδῶς ἐνεπαροίησαν.
 θ'. Ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τοῦ πολέμου παντὸς καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος γενομένων ἀληθῆ τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσαμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἅπασι πα-
 40 ρατυγών. Ἐστρατήγου μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν Γαλιλαίων ὀνομαζομένων, ἕως ἀντέχειν δυνατὸν ἦν, ἐγεγόνην δὲ παρὰ Ῥωμαίοις συλληφθεὶς αἰχμαλώτος· καὶ με διὰ φυλακῆς Οὐεσπασιανὸς καὶ Τίτος ἔχοντες αἰεὶ προσεδρεύειν αὐτοῖς ἠνάγκασαν, τὸ μὲν πρῶτον
 45 δεδεμένον, αὐθις δὲ λυθεὶς συνεπέμψθη ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας Τίτῳ πρὸς τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν. Ἐν ᾧ χρόνῳ τῶν πραττομένων οὐκ ἔστιν ὃ τὴν ἐμὴν γνῶσιν διέφυγε. Καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον τὸ Ῥωμαίων δρῶν ἐπιμελῶς ἀνέγραφον καὶ τὰ παρὰ
 50 τῶν αὐτομόλων ἀπαγγελλόμενα μόνος αὐτὸς συνῆν· εἰτα σχολῆς ἐν τῇ Ῥωμαῖ λαβόμενος πάσης μοι τῆς πραγματείας ἐν παρασκευῇ γεγεννημένης, χρῆσάμενος τισὶ πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς, οὕτως ἐποιήσαμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. Τοσούτον δέ μοι

que quidem sunt Moysis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum a conditu generis humani usque ad ipsius mortem. Atque hoc spatium temporis tria fere annorum millia comprehendit. A Moysis autem morte ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetae qui Moysi succedere res sua aetate gestas tredecim libris complexi sunt: quattuor vero reliqui hymnos in Dei laudem, et praecepta vitae hominum-exhibent utilisima. Ceterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula literis mandata; sed nequaquam tantam fidem et auctoritatem meruerunt, quantam superiores ii libri, propterea quod minus explorata fuit successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosequamur, re ipsa apparet. Quum enim tot jam saecula effluerint, nemo adhuc nec adicere quicquam illis, nec demere, aut mutare aliquid est ausus. Sed omnibus Judaeis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut haec esse praecepta credamus, iisdemque constanter adherescamus, et eorum causa, si opus fuerit, libenter mortem perferamus. Jam itaque multi captivorum frequenter et tormenta et omne genus mortem in theatris sustinere conspici sunt, ne ullum verum contra leges admitterent et scriptas de illis traditiones. Quis Graecorum tale aliquid subiret, imo vel minimum quidem laedi sufferret, licet omnia ab illis scripta interitus periculum adeant? quippe illa narrationes esse existimant, propere effusas prout allubesceret scriptoribus. Atque ita non immerito sentiunt etiam de antiquioribus, quoniam aliquos nunc quoque vident de istis scribere aggredientes, quibus neque ipsi interfuiere, neque operam dedere ut a rerum gnaris illa acciperent. Scilicet etiam de bello quod nuperrime gessimus, quidam historias, quas conscripserant ediderunt, quum neque ad ea loca pervenerint, neque in vicinia fuerint locorum ubi res gestae erant: sed ex fama et auditione paucula quaedam temere componentes, historiae nomine impudenter admodum et insolenter se efferunt.

9. Ego autem et de omni bello, deque iis quae particulatim gesta erant, veritati congruenter scripsi, quum ipse rebus omnibus interfuerim. Etenim eorum dux, exstiteram qui apud nos Galilaei audiunt, quamdiu resistendo eramus; comprehensus autem a Romanis factus sum captivus; quumque me Vespasianus et Titus in custodia haberent: illis semper assidere coegerunt, primo quidem vinctum: postea vero solutus ab Alexandria cum Tito missus eram ad Hierosolymorum obsidionem. Quo tempore eorum, quae gerebantur nihil meam notitiam effugit. Nam et singula in Romanis castris conspecta diligenter notabam; quaeque a transfugis nunciabantur ego solus intellexi: deinde Romae otium nactus, opere omni jam preparato, et quibusdam propter Graecam linguam in auxilium vocatis, res prout gestae erant literis mandabam. Adeoque veritati

περιῆν θάρσος τῆς ἀληθείας, ὥστε πρώτους πάντων τοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου γενομένους Οὐεσπασιανὸν καὶ Τίτον ἠξίωσα λαβεῖν μάρτυρας. Πρώτοι γὰρ δέδωκα τὰ βιβλία· καὶ μετ' ἐκείνους πολλοῖς μὲν Ῥωμαίων τοῖς συμπεπολεμηκόσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπίπρασον, ἀνδράσι καὶ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας μετεσχηκόσιν, ὧν ἔστιν Ἰούλιος Ἀρχέλαος, Ἡρώδης δ' σεμνότητος, καὶ αὐτὸς ὁ θαυμασιώτατος βασιλεὺς Ἀγρίππας. Οὗτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν ὅτι τῆς ἀληθείας πρῶστην ἐπιμελῶς, οὐκ ἂν ὑποστειλάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴ τι κατὰ ἀγνοίαν ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων ἢ παρέλιπον.

ι'. Φαῦλοι δὲ τινες ἀνθρώποι διαβάλλειν μου τὴν ἱστορίαν ἐπιχειρήκασιν, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα προκείσθαι νομίζοντες κατηγορίας παραδόξου καὶ διαβολῆς, δεόν ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον αὐτὸν ἐπίστασθαι ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρηκολούθηκόντα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότεων πυνθανόμενον· ὅπερ ἐγὼ μάλιστα περὶ ἀμφοτέρων νομίζω πεποιτηκέναι τὰς πραγματείας. Τὴν μὲν γὰρ ἀρχαιολογίαν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθρημένην καὶ γεγονόν ἐκ γένους καὶ μετεσχηκῶς τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι· τοῦ δὲ πολέμου τὴν ἱστορίαν ἔγραψα, πολλῶν μὲν αὐτοῦργός πράξεων, πλείστων δ' αὐτόπτης γενομένος, ὅπως δὲ τῶν λεγθέντων ἢ πραγθέντων οὐδοιοῦν ἀγνοήσας. Πῶς οὖν οὐκ ἂν θρασεί τις ἡγήσαιο τοὺς ἀνταγωνίζεσθαι μοι περὶ τῆς ἀληθείας ἐπιχειρηκότας; οἱ καὶ τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν λέγουσιν, ἀλλ' οὐ καὶ τῆς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον.

ια'. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαίαν ἐποιήσαμην τὴν περὶ ἐκδοσιν, ἐπιστημῆνασθαι βουλόμενος τῶν ἐπαγγελλομένων τὰς ἱστορίας συγγράφειν τὴν εὐχέριαν· ἵκανῶς δὲ φανερόν, ὡς οἶμαι, πεποιτηκῶς ὡς ὅτι πάτριός ἐστιν ἡ περὶ τῶν παλαιῶν ἀναγραφῇ τοῖς βαρβάρους μᾶλλον ἢ τοῖς Ἑλλήσιν, βούλομαι μισρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας νέαν ἡμῶν ἀποφαίνειν τὴν κατάστασιν, ἐκ τοῦ μηδὲν περὶ ἡμῶν, ὡς φασιν ἐκεῖνοι, λελέχθαι παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν· εἴτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, καὶ τοὺς βεβλασφημηκότας ἡμῶν τὸ γένος ἀποδείξω λίαν ἀλόγους βλασφημοῦντας.

ιβ'. Ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώρην οἰκοῦμεν παράλιον οὔτ' ἐμπορίαις χairoμεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ἐπιμειξίαις· ἀλλ' εἰσὶ μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀπωχισμέναι, χώρην δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι ταύτην ἐκπονοῦμεν· μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοκαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους, καὶ τὴν κατὰ τούτους παραδεδομένην εὐσέβειαν ἔργον ἀναγκαιότατον παντὸς τοῦ βίου πεποιτημένοι. Προσούσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοις καὶ τῇ περὶ τὸν βίον ἡμῶν ιδιότητι, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς

confidebam, ut omnium primos Vespasianum et Titum in eo bello imperatores mihi testes facere voluerim. Primum namque illis obtuli libros; et post illos multis quidem Romanorum qui bello interfuere: plurimis etiam nostratum eos vendidi, viris Græcæ eruditionis non ignaris; in quibus erat Julius Archelaus, Herodes morum gravitate spectatissimus, et rex ipse Agrippa admiratione dignissimus. Isti igitur universi testimonium perhibuerunt quod veritatem accuratam præ me ferebam, non dissimulaturi aut tacituri, si quid factorum per ignorantiam aut per gratiam commissem aut prætermissem.

10. Quidam vero homines male feriat historiam meam calumniari conati sunt, tanquam ejusmodi esset ut adolescentibus in scholis ad ingenium exercendum proponi debeat ad accusationem incredibilem et calumniam, quum oporteat illud sciri, quod eum deceat qui se polliceatur rerum veritatem aliis traditurum, ipsum prius exacte eas nosse, aut quod adfuerit quum gererentur, aut quod ex gnaris eas didicerit. Id quod ego in utroque opere me fecisse existimo. Antiquitatis namque libros, sicuti dixi, ex voluminibus sacris interpretatus sum, quum essem genere sacerdos, et a philosophia in scriptis istis comprehensa non alienus: historiam vero belli conscripsi, ut qui ipse res quidem multas gesserim, plurimas vero ipse viderim, et eorum quæ dicta vel gesta erant nihil prorsus ignorarim. Quomodo ergo non procaces isti existimarentur, qui mecum de veritate contendere aggressi sunt? qui licet imperatorum commentarios se legisse dicant, non tamen nostrorum qui illis adversabantur rebus interessant.

11. Et de istis quidem necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt: atque abunde me declaratum reliquisse arbitror quod rerum vetustarum memoriam scriptis consignare magis in usu sit apud barbaros quam apud Græcos. Volo igitur inprimis eos paucis redarguere, qui nostrum statum recentem esse contendunt, eo quod nihil de nobis, ut aiunt illi, memorarint scriptores Græci: deinde testimonia antiquitatis ex aliorum scriptis afferam, et eos qui nostræ genti maledixerunt, nulla prorsus cum ratione nobis maledicere ostendam.

12. Quod ad nos attinet, terram habitamus quæ neque mari vicina est, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causa nobis consuetudo cum aliis gentibus est: sed sunt urbes quidem nostræ procul a mari sitæ; ipsi autem nos regionem bonam incolentes, hanc cum labore exercemus: maxime vero omnium liberis educandis studentes et legum custodiæ, ut qui pietatem ad illas exactam opus totius vitæ maxime necessarium fererimus. Quum igitur ad ea quæ dicta sunt accedat etiam vivendi ratio propria, nihil erat priscis temporibus quod faceret nobis

χρόνους τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς Ἑλληνας ἡμῖν ἐπιμιζίν,
 ὥστερ Αἰγυπτίους μὲν τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγομαίᾳ καὶ
 πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς
 Φοινίκης κατοικοῦσιν ἢ περὶ τὰς καπηλείας καὶ τὰς
 5 ἐμπορίας σπουδῇ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. Οὐ μὴν
 οὐδὲ πρὸς ληστείας ὥστερ ἄλλοι τινὲς ἢ τὸ πλέον ἔχουν
 ἀξιοῦν πολεμοῦντες ἐπάραψαν ἡμῶν οἱ πατέρες, καί-
 τοι πολλὰς τῆς χώρας ἐχούσης μυριάδας ἀνδρῶν οὐκ
 ἀτόλμων. Διὰ τοῦτο Φοινίκης μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπο-
 10 ρίαν τοῖς Ἑλλήσιν ἐπισπλέοντες εὐθὺς ἐγνώσθησαν,
 καὶ δι' ἐκείνων Αἰγύπτιοι, καὶ πάντες ἀπ' ὧν τὸν φόρ-
 τον εἰς τοὺς Ἑλληνας διεκόμενον, μεγάλα πελάγη
 διαίροντες. Μῆδοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Πέρσαι φανε-
 ροὶ κατέστησαν τῆς Ἀσίας ἐπάρξαντες, οἱ δὲ καὶ μέχρι
 15 τῆς ἐτέρας ἡπείρου Πέρσαι στρατεύσαντες· Ὁρᾶν δὲ
 διὰ γειτονίαν, καὶ τὸ Σκυθικὸν ἀπὸ τῶν εἰς τὸν Πόντον
 ἐγνώσθη πλεόντων· ὅπως γὰρ ἅπαντες οἱ παρὰ τὴν
 θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς τὴν
 ἐσπέριον κατοικοῦντες, τοῖς συγγράφειν τι βουλομένοις
 20 γνωριμώτεροι κατέστησαν. Οἱ δὲ ταύτης ἀνωτέρω
 τὰς οἰκίσεις ἔχοντες ἐπιπλείστον ἡγνοήθησαν. Καὶ
 τοῦτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν Εὐρώπην συμβεβηκός,
 ὅπου γε τῆς Ῥωμαίων πόλεως, τοιαύτην ἐκ μακροῦ
 δύναμιν κεκτημένης, καὶ τοιαύτας πράξεις κατορθούσης
 25 πολεμικᾶς, οὐθ' ὁ Πρόδοτος οὐθ' ὁ Θουκυδίδης οὔτε
 τῶν ἄμα τούτοις γενομένων οὐδὲ εἰς ἐμνημόνευκεν,
 ἀλλ' ὁφέ ποτε καὶ μόλις αὐτῶν εἰς τοὺς Ἑλληνας ἢ
 γνῶσις διεξῆλθον. Περὶ μὲν γὰρ Γαλατῶν τε καὶ
 Ἰβήρων οὕτως ἡγνοήσαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβεστάτοι
 30 συγγραφεῖς, ὧν ἐστὶν Ἐφορος, ὥστε πόλιν οἰεταὶ μίαν
 εἶναι τοὺς Ἰβήρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἐσπερίου
 γῆς κατοικοῦντας· καὶ τὰ μῆτε γενομένα παρ' αὐτοῖς
 ἔτη μῆτε λεγόμενα γράφειν, ὡς ἑκείνων αὐτοῖς χρω-
 μένων, ἐτόλμησαν. Αἴτιον δὲ τοῦ μὲν μὴ γινώσκειν
 35 τὰ λήθεις τὸ λίαν ἀνεπίμικτον, τοῦ δὲ γράφειν ψευδῇ τὸ
 βούλεσθαι δοκεῖν τι πλέον τῶν ἄλλων ἱστορεῖν. Πῶς
 οὖν ἐτι θαυμάζειν προσήκειν, εἰ μὴδὲ τὸ ἡμέτερον ἔθνος
 πολλοῖς ἐγινώσκετο, μὴδὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασι
 μνήμης ἀφορμὴν παρέσχεεν, οὕτω μὲν ἀπωχισμένον
 40 τῆς θαλάσσης, οὕτω δὲ βιοτεύειν προηρημένον;
 ιγ'. Φέρε τοίνυν ἡμᾶς ἀξιοῦν τεκμηρίω χρῆσασθαι
 περὶ τῶν Ἑλλήνων ὅτι μὴ παλαιόν ἐστιν αὐτῶν τὸ γε-
 νος τῇ μὴδὲν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς περὶ αὐ-
 τῶν εἰρησθαι. Ἄρ' οὐχὶ πάντως ἂν κατεγέλων, αὐτὰς,
 45 οἶμαι, τὰς ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰρημένους κομίζοντες αἰτίας,
 καὶ μάρτυρας ἂν τοὺς πλησιοχώρους παρείχοντο τῆς
 αὐτῶν ἀρχαιοσύνης; Κἀγὼ τοίνυν πειράσομαι τοῦτο
 ποιεῖν. Αἰγυπτίους γὰρ καὶ Φοινίξιν μάλιστα δὴ
 χρήσομαι μάρτυσιν, οὐκ ἂν τινος ὡς ψευδῇ τὴν μαρτυ-
 50 ρίαν διαβάλλειν δυνήεντος. Φαίνονται γὰρ καὶ δὴ
 μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες κοινῇ μὲν
 ἅπαντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι. Περὶ μὲν-
 τοι Χαλδαίων οὐκέτι δυνάμην ἂν ταυτοῦ τοῦτο λέγειν,
 ἐπεὶ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγοὶ καθεστήκασι καὶ

commercium cum Græcis, sicut Ægyptiis mercimonia, ex
 rebus quæ importarentur aut exportarentur; et Phœnicibus
 oram maritimam accolentibus, cauponandi et negotiandi
 studium ex amore pecuniæ. Sed neque ad latrocinia,
 sicut alii quidam, aut plus habendi studium, bellum
 exercendo conversi sunt patres nostri, licet regio in illis
 virorum strenuorum myriadibus abundaret. Quo factum
 ut Phœnices negotiationis ergo ad Græcos navigantes sta-
 tim cogniti fuerint, et per illos Ægyptii, dein omnes a qui-
 bus ad Græcos onera perferebant, immensa maria per-
 transeuntes. Medi vero postea atque Persæ illis innotue-
 runt postquam Asiæ imperarunt, Persæque, quum usque ad
 alteram continentem expeditiones fecissent; Thracæ autem
 propter vicinitatem, et Scythæ ab iis qui in Pontum navi-
 gant cogniti sunt: atque in universum omnes, ad mare vel
 Orientale vel Hesperium habitantes, in eorum notitiam
 facilius venerunt, quibus in animo fuit historiæ aliquid
 scribere. Superiora vero incolentes et procul a mari
 maximam in partem ignorati erant. Hoc idem et iis con-
 tigit qui in Europa habitant: siquidem Romanorum ur-
 bis, in tantam potentiam jam inde olim erectæ, et tantas
 res bellicas prospere gerentis, neque Herodotus neque
 Thucydides quoquo modo meminerunt, nec omnino aliis
 eorum æqualis scriptor, sed sero et vix tandem eorum
 nomen in Græcia auditum. Gallorum etiam et Hispanorum
 res usque adeo ignotæ iis fuerunt qui accuratissimi scripto-
 res fuisse perhibentur, in quibus est Ephorus, ut Iberos
 unam civitatem esse existimaverit, quum tam late in Oc-
 cidentem fines eorum pateant: et ritus eorum, qui nec fue-
 runt nec fuisse unquam dicti sunt, scribere, tanquam ita
 illis uterentur, non dubitarunt. Causa vero earum quidem
 rerum ignorantie fuit, quod illi secum ipsi viverent com-
 mercia aliarum gentium aversantes; scriptorum vero men-
 dacii, quod volebant illi quippiam ultra alios memorie
 mandasse videri. Quomodo ergo mirari convenit, si ne-
 que nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum
 de se aliquam suppediavit occasionem, tam longo scilicet
 intervallo disjuncta a mari, talibus vitæ institutis sese ac-
 commodans?

13. Pone igitur nos argumento uti velle Græcorum,
 quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in libris
 nostris de iis dictum reperiatur. Nonne omnino nos risu
 exciperent, ipsas, ut arbitror, a me nunc allatas proferentes
 causas, et testes e vicinis regionibus adducerent antiqui-
 tatis suæ? Igitur et ego hoc conabor efficere. Ægyptiis enim
 et Phœnicibus præcipue testibus utar, quum nemo eorum
 testimonio tanquam falso detrahare potuerit. Videntur
 enim et maxime in nos iniqui, communiter quidem omnes
 Ægyptii, Phœnicum vero Tyrii. De Chaldaicis autem ne-
 quaquam hoc idem dicere potero, quoniam et generis no-
 stri principes exstiterunt, et propter cognationem in histo-

διὰ τὴν συγγένειαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀναγραφαῖς Ἰουδαίων μνημονεύουσιν. Ὅταν δὲ τὰς περὶ τούτων πίστει παρὰ σῶ, τότε καὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφέων ἀποφανῶ τοὺς μνήμην Ἰουδαίων πεποικηκότας, ἵνα μὴ δὲ ταύτην ἐπὶ τὴν πρόφασιν οἱ βασκαίνοντες ἔχωσι τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀντιλογίας.

ιδ'. Ἀρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ' Αἰγυπτίων γραμμάτων. Αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἶόντε παρατίθεσθαι κακείνων· Μανεθὼν δ' ἦν τὸ γένος ἀνὴρ Αἰγύπτιος, τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχηκῶς παιδείας, ὡς δηλὸς ἐστὶ· γέγραφε γὰρ Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἐκ τε τῶν ἱερῶν, ὡς φησιν αὐτὸς, μεταφράσας καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. Αὐτὸς δὴ τοῖνον ὁ Μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει (παραθήσομαι δὲ τὴν λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν ἐκεῖνον παραγαγὼν μάρτυρα)· « Ἐγένετο βασιλεὺς ἡμῖν, Τίμακος ὄνομα· ἐπὶ τούτου οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ Θεὸς ἀντέπνευσε, καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, ἄνθρωποι τὸ γένος ἀσσημοί, καταθαρήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ βραδίως ἀμαχητὶ ταύτην κατὰ κράτος εἶλον. Καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι τὸ λοιπὸν τὰς τε πόλεις ὡμῶς ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν· πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθρότατά πως ἐχρήσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς δουλείαν ἄγοντες. Πέρας δὲ καὶ βασιλέα ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν Σάλατις. Καὶ οὗτος ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τὴν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις· τάτοις καταλείπων τόποις. Μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἡσφαλίσατο μέρη, προσορώμενος Ἀσσυρίων, τότε μεῖζον ἰσχυρόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῆς βασιλείας ἐφόδου. Εὐρὺν δὲ ἐν νομῷ τῇ Σαίτῃ πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν τοῦ Βουδαστίτου ποταμοῦ, καλουμένην δ' ἀπὸ τινος ἀρχαίας θεολογίας Αὐαριν, ταύτην ἐκτίσεν καὶ τοῖς τεύχεσιν ὀχυρωτάτην ἐποίησεν, ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ πλῆθος ὀπλιτῶν εἰς ἑξοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας ἀνδρῶν πρὸς φυλακὴν. Ἐνθάδε κατὰ θέρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισταῖς πρὸς φόβον τῶν ἐξωθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων. Ἀρξας δ' ἐννεακαίδεκα ἔτη τὸν βίον ἐτελεύτησεν. Μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσε τέσσαρα καὶ τετταράχοντα ἔτη, καλούμενος Βηρών. Μεθ' οὗ ἄλλος Ἀπαχνάς, ἐξ καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτὰ. Ἐπειτα δὲ καὶ Ἀποφίς ἐν καὶ ἐξήκοντα, καὶ Ἰανίας πεντήκοντα καὶ μῆνα ἕνα. Ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἀσσις ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα καὶ μῆνας δύο. Καὶ οὗτοι μὲν ἐξ ἐν αὐτοῖς ἐγενήθησαν πρῶτοι ἄρχοντες, πολεμοῦντες αἰεὶ καὶ ποθοῦντες μάλλον τῆς Αἰγύπτου ἐξῆραι τὴν ῥίξιν. Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σὺμπαν αὐτῶν ἔθνος ὙΚΣΩΣ, αὐτοῦ δὲ ἐστὶ βασιλεῖς ποιμένες· τὸ γὰρ ὙΚ καθ'

riis suis Judæorum meminerunt. Quum vero de istis probatione afferam, tunc etiam Græcorum historicos memorabo qui Judæorum mentionem fecere, ne quis ex invidia et detrectatione hujusmodi occasionem arripiat nobis contradicendi.

14. Initium jam faciam ab Ægyptiorum literis. Ipsas quidem eorum literas ut proferam fieri non potest: Manetho autem genere fuit Ægyptius, vir Græcam eruditionem assequutus, uti ex eo intelligitur, quod Græce patriam historiam scripserit, eam, ut ipse profitetur, e sacris interpretatus libris; qui etiam Herodotum in multis convincit de rebus Ægyptiacis per ignorantiam mentitum. Ille certe Manetho historiarum Ægyptiarum secundo ita de nobis scribit (ejus quippe verba proferre libet, ut qui ipsum pro teste producā.) « Regem olim habuimus Timaum, « cujus tempore, quum nobis Deus nescio quo pacto esset « iratior, ex partibus orientalibus homines ignobili genere, « audacia sumpta repentinum hanc in regionem impetum « fecerunt, eamque facile ac sine pugna subegerunt: atque « principibus ejus in suam potestatem redactis, de cetero « et civitates crudeliter incenderunt, et deorum templa « everterunt; porroque in omnes indigenas inimicissime « se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum vero et « liberos et conjuges in servitutem agentes. Tandem vero « unum ex illis regem crearunt, cui nomen Salatis. Atque « hic in Memphide versabatur, provinciam superiorem et « inferiorem tributariam faciens, præsidiaque in locis opportunissimis relinquens. Maxime vero partes munivit orientales, prospiciens Assyriis, tunc aliis potentioribus, futuram cupiditatem invadendi illud ipsum regnum. Quum autem nactus esset in Saite nomo civitatem opportunissimam ad orientem fluvii Bubastitæ sitam, quæ ab aliquo antiquæ theologiæ Auaris appellabatur, et ipsam ædificavit et muris firmissimis communivit, postquam illic collocaverat ad custodiam ejus armorum multitudinem usque ad ccxl millia virorum. Illuc veniebat ætatis tempore, tam ut frumenta meteret et conductiis mercedem solveret, quam ut armatos ad terrorem extraneorum diligenter exerceret. Quum autem regnasset annis xix, vitam finivit. Post hunc etiam regnavit alter annis xlv, Beon nomine. Post quem alius Apachnas nomine, annis xxxvi et mensibus vii. Dein etiam Apophis lxi, et Janias l et mense uno. Post omnes autem Assis annis xlix et mensibus ii. Et isti quidem sex inter eos fuere primi principes, bellum semper gerentes, et maxime Ægyptum radicitus exstinguere cupientes. « Vocabatur autem gens universa Hycsos, id est reges pastores: Hyc enim in sacra lingua regem sonat, Sos

« ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ ΣΩΣ ποι-
 « μὴν ἔστι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον,
 « καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται ὙΚΣΩΣ. Τινὲς δὲ
 « λέγουσιν αὐτοὺς Ἀραβας εἶναι. » Ἐν δ' ἄλλῳ ἀντι-
 5 γράφῳ οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τοῦ ὙΚ προσ-
 « ηγορίας, ἀλλὰ τούναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποι-
 « μένας· τὸ γὰρ ὙΚ πάλιν Αἰγυπτιστὶ καὶ τὸ ἈΚ
 « δασυνόμενον αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. Καὶ τοῦτο μάλ-
 « λον πιθανώτερον μοι φαίνεται καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχό-
 10 μενον. » Τούτους δὲ τοὺς προκατανομασμένους βασι-
 « λέας τοὺς τῶν ποιμένων καλουμένων καὶ τοὺς ἐξ αὐ-
 « τῶν γενομένων κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν ἔτη
 « πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἑνδεκα. Μετὰ ταῦτα δὲ τῶν
 « ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων
 15 « γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστασιν, καὶ
 « πόλεμον αὐτοῖς συρραγῆναι μέγαν καὶ πολυχρό-
 « νιον. Ἐπὶ δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Ἀλίσφρα-
 « γμουθῶσις, ἡττωμένους φησὶ τοὺς ποιμένας ὑπ' αὐτοῦ
 « ἐκ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης ἐκπεσεῖν, κατα-
 20 « κλεισθῆναι δ' εἰς τόπον, ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν
 « περίμετρον. Αὐαριν ὄνομα τῷ τόπῳ. Τούτων φησὶν δ'
 « Μανεθὼν ἅπαντα τεῖχει τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ περι-
 « βαλεῖν τοὺς ποιμένας, ὅπως τὴν τε κτῆσιν ἅπασαν
 « ἔχωσιν ἐν ὄχυρῳ καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν. Τὸν δὲ
 25 « Ἀλίσφραγμουθῶσις υἱὸν Θούμμουσιν ἐπιχειρῆσαι μὲν
 « αὐτοὺς διὰ πολιορκίας εἰλεῖν κατὰ κράτος, ὁκτῶ καὶ
 « τεσσαράκοντα μυριάσι προσεδρεύσαντα τοῖς τεύχεσιν·
 « ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβά-
 « σεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες ὅποι βούλονται
 30 « πάντες ἀδελφεὶς ἀπέλθωσι. Τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμο-
 « λογαῖς πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτῆσεων οὐκ ἐλάττους
 « μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσαράκοντα ἀπὸ τῆς Αἰγύ-
 « πτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν ὁδοιπορῆσαι. Φοβου-
 « μένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν (τότε γὰρ
 35 « ἔκεινους τῆς Ἀσίας κρατεῖν), ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ κα-
 « λουμένη πόλιν οἰκοδομησάμενους τοσαύταις μυριάσιν
 « ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομά-
 «σαι. » Ἐν ἄλλῃ δὲ τινὶ βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανεθὼν
 « τοῦτό φησιν ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας αἰχμαλώ-
 40 « τους ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι, λέγων
 « ὁρθῶς. Καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ
 « ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον
 « οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμένες. Αἰχμαλῶτοί τε πάλιν
 « οὐκ ἀλόγως ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδὴ
 45 « περὶ δὲ πρόγονος ἡμῶν Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν
 « βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχμαλῶτον εἶναι, καὶ τοὺς
 « ἀδελφοὺς εἰς τὴν Αἴγυπτον ὕστερον μετεπέμψατο, τοῦ
 « βασιλέως ἐπιτρέψαντος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν
 « ἄλλοις ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν.
 50 « ἰε'. Νυνὶ δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης παρατίθεμαι
 « τοὺς Αἰγυπτίους μάρτυρας. Πάλιν οὖν τὰ τοῦ Μανε-
 « θῶνους πῶς ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων τάξιν ὑπογράφω.
 « Φησὶ δὲ οὕτω· » Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν
 « λαὸν τῶν ποιμένων εἰς Ἱεροσόλυμα δ' ἐκβλῶν αὐτοὺς

« vero pastorem et pastores secundum dialectum com-
 « munem, unde vox composita Hycsos. Sunt autem qui
 « Arabas illos existisse dicant. » In alio autem exem-
 plari nomine illo Hycsos non reges significari comperi, sed
 e diverso captivos pastores indicari. Hyc enim iterum
 Ægyptiaca lingua, et Hac cum aspiratione, captivos pro-
 prie nominatimque significat. Atque id mihi verisimilius
 videtur et magis cum antiqua historia censitens.
 « Prædictos autem reges pastorum nomine appellatos, illo-
 « rumque posteros Ægyptum in sua potestate habuisse
 « dicit annis circiter xi supra quingentos. Tum vero sus-
 « ceptam adversus pastores a Thebaidis ac reliquæ Ægypti
 « regibus expeditionem, bellumque grave ac diuturnum
 « inter ipsos conflatum fuisse. Sub rege autem cui Ali-
 « sphragmuthosis nomen erat, debellatos pastores illos, ac
 « reliqua Ægypto pulsos, unum in locum inclusos esse
 « tradit, cujus ambitus decem jugerum millia contineret.
 « Auaris locus ille dicebatur. Hunc Manetho dicit uni-
 « versum a pastoribus ingenti validoque muro septum ac
 « munitum, ut quicquid sibi fortunarum esset ac prædæ
 « id omne tutum ac securum habere possent. At vero
 « Alisphragmuthoseos filium Thummosin cccclxxx millium
 « hominum exercitu muros obsedis, atque ipsos per
 « vim expugnare conatum illum quidem, sed, obsidionis
 « exitu desperato, cum lisdem ea conditione pepigi, ut,
 « Ægypto relicta, omnes quocunque vellent sine ullo suo
 « detrimento commigrarent. Eos igitur cum universis fa-
 « miliis atque omni possessione sua, uti per ictum fœdus
 « poterant, haud pauciores cccxl millibus ab Ægypto per
 « solitudinem in Syriam tetendisse. Quod autem sibi ab
 « Assyriorum principatu metuerent (tum enim illos Asiam
 « tenuisse), in ea quam hodie Judæam appellamus regione
 « urbem ædificasse, quæ tot hominum millia caperet,
 « eandemque Hierosolyma nominasse. » In alio vero quo-
 dam de rebus Ægyptiacis libro Manetho dicit, « hanc gen-
 tem pastores appellatam, captivos in sacris suorum libris
 haberi; » idque recte. Nam antiquis progenitoribus nostris
 patrium erat greges pascere: et pascualem agentes vitam,
 inde pastores vocabantur. Rursusque captivi non temere
 in Ægyptiorum libris dicti sunt, quoniam progenitor noster
 Josephus dixit ad Ægyptiorum regem, se captivum esse,
 et postea fratres in Ægyptum evocavit regis permissu. Sed
 de istis quidem alibi inquisitionem faciam diligentiores.

15. Nunc autem hujus antiquitatis testes produco
 Ægyptios. Itaque rursus ea quæ tradidit Manetho, ad
 quod tempus referantur, subjiciam. Sic enim ait: « Post-
 « quam ex Ægypto egressus est Pastorum populus ad Hie-
 « rosolyma, qui illos ex Ægypto pepulit rex Tethmosis,

« ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς Τέθμωσις, ἐβασίλευσε μετὰ
 « ταῦτα ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ
 « ἐτελεύτησε, καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ υἱὸς
 « Χέβρων ἔτη τρισκαίδεκα. Μεθ' οὗ Ἀμένωρις εἴκοσι
 6 « καὶ μῆνας ἑπτὰ. Τοῦ δὲ ἀδελφῆ Ἀμεσσις εἴκοσι ἑν
 « καὶ μῆνας ἑννέα. Τῆς δὲ Μήφρης δώδεκα καὶ μῆνας
 « ἑννέα. Τοῦ δὲ Μηφραμούθωσις εἴκοσι πέντε καὶ
 « μῆνας δέκα. Τοῦ δὲ Θμῶσις ἑννέα καὶ μῆνας ὀκτώ.
 10 « Τοῦ δ' Ἀμένωρις τριάκοντα καὶ μῆνας δέκα. Τοῦ
 « Ὀρος τριάκοντα ἕξ καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δὲ θυ-
 « γάτρης Ἀκεγχρής δώδεκα καὶ μῆνα ἕνα. Τῆς δὲ Ῥά-
 « θωτις ἀδελφὸς ἑννέα. Τοῦ δὲ Ἀκεγχρής δώδεκα
 « καὶ μῆνας πέντε. Τοῦ δ' Ἀκεγχρής ἕτερος δώδεκα
 « καὶ μῆνας τρεῖς. Τοῦ δὲ Ἀρμαῖς τέσσαρα καὶ μῆνα
 15 « ἕνα. Τοῦ δὲ Ῥαμέσσης ἑν καὶ μῆνας τέσσαρας.
 « Τοῦ δὲ Ἀρμέσσης Μιαμοῦ ἐξήκοντα ἕξ καὶ μῆνας
 « δύο. Τοῦ δὲ Ἀμένωρις δέκα καὶ ἑννέα καὶ μῆνας
 « ἕξ. Τοῦ δὲ Σέθωσις, καὶ Ῥαμέσσης, ἱππικὴν καὶ
 « ναυτικὴν ἔχον δύναμι. Οὗτος τὸν μὲν ἀδελφόν
 20 « Ἀρμαῖν ἐπίτροπον τῆς Αἰγύπτου κατέστησε, καὶ
 « πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν περιέθηκεν
 « ἐξουσίαν, μόνον δὲ ἐνετείλατο διάδημα μὴ φορεῖν,
 « μηδὲ τὴν βασιλῖδα μητέρα τε τῶν τέκνων ἀδικεῖν,
 « ἀπέχεσθαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασιλικῶν παλλακίδων.
 25 « Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Κύπρον καὶ Φοινίκην καὶ πάλιν Ἀσου-
 « ρίους τε καὶ Μήδους στρατεύσας, ἅπαντας, τοὺς μὲν
 « δόρατι, τοὺς δὲ ἀμαχητὶ, φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς ду-
 « νάμεως, ὑποχειρίους ἐλαβε. Καὶ μέγα φρονήσας
 « ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἐτι καὶ θαρσαλέωτερον ἐπορεύετο,
 30 « τὰς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας καταστρεφό-
 « μενος. Χρόνου τε ἱκανοῦ γεγονότος, Ἀρμαῖς ὁ κα-
 « ταλειφθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ πάντα τοῦ μπαλιν οἷς ἀδελφὸς
 « παρήνει μὴ ποιεῖν ἀδελῶς ἐπραττεν· καὶ γὰρ τὴν
 « βασιλῖδα βιαίως ἔσχε, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσιν
 35 « ἀπειθῶς διετέλει· χρώμενος· πειθόμενος δὲ ὑπὸ τῶν
 « φίλων διάδημα ἐφόρει, καὶ ἀντήρε τῷ ἀδελφῷ. Ὁ
 « δὲ τεταγμένος ἐπὶ τῶν ἱερῶν τῆς Αἰγύπτου γράψας
 « βιβλίον ἐπέμψεν τῷ Σελώσει, δηλῶν αὐτῷ πάντα,
 « καὶ ὅτι ἀντήρεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀρμαῖς. Παρα-
 40 « γρήμα οὖν ὑπέστρεψεν εἰς Πηλούσιον, καὶ ἐκράτησε
 « τῆς ἰδίας βασιλείας. Ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ
 « αὐτοῦ ὀνόματος Αἰγυπτος. Λέγει γὰρ ὅτι ὁ μὲν
 « Σέθωσις ἐκαλεῖτο Αἰγυπτος, Ἀρμαῖς δὲ ὁ ἀδελφὸς
 « αὐτοῦ Δαναός. »
 45 « 15. Ταῦτα μὲν ὁ Μανέθων. Δῆλον δὲ ἐστὶν ἐκ τῶν
 « εἰρημένων ἐτῶν τοῦ χρόνου συλλογισθέντος ὅτι οἱ κα-
 « λούμενοι ποιμένες, ἡμέτεροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ
 « ἐνετήκοντα καὶ τριακοσίοις πρόσθεν ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰ-
 « γύπτου ἀπαλλαγέντες τὴν χώραν ταύτην ἐπώκησαν ἢ
 50 « Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. Καίτοι τοῦτον ἀρχαιό-
 « τατον Ἀργεῖοι νομίζουσι. Δύο τοίνυν ὁ Μανέθων ἡμῖν
 « τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίους
 « γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἐτέρωθεν ἀφίξιν εἰς Αἰγυ-
 « πτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, οὕτως ἀρ-

« postea regnavit annis viginti et quinque, et mensibus
 « quattuor, et defunctus est : regnumque accepit filius
 « ejus Chebron, regnans annos tredecim. Post quem Ame-
 « nophis, annis viginti et mensibus vii. Hujus autem soror
 « Amessis, annis xxi et mensibus ix. Post hanc Mephres
 « annis xii et mensibus ix. Post hunc Mephramuthosis
 « annis xxv et mensibus x. Post eum Thmosis annis ix et
 « mensibus viii. Post eum Amenophis annis xxx et mensi-
 « bus x. Post eum Orus annis xxxvi et mensibus v. Hujus
 « autem filia Acenchres annis xii et mense i. Post eam fra-
 « ter Rathotis annis ix. Post hunc Acencheres annis xii et
 « mensibus v. Post hunc Acencheres alter annis xii et
 « mensibus iii. Post hunc Armais annis iv et mense i. Post
 « hunc Ramesses anno i et mensibus iv. Post hunc Armes-
 « ses Miammi annis lxi et mensibus ii. Post hunc Ameno-
 « phis annis xix et mensibus vi. Post hunc Sethosis, et
 « Ramesses, qui plurimas copias habuit equestres et nava-
 « les. Hic fratrem quidem Armain procuratorem Ægypti
 « constituit, et reliquam ei omnem regalem contulit potesta-
 « tem, tantummodo autem ei injunxit ne coronam gesta-
 « ret, neque reginam matremque liberorum injuria affice-
 « ret, insuperque ut abstineret ab ceteris regalibus concubi-
 « nis. Ipse vero in Cyprum et Phœnicen, rursusque in
 « Assyrios et Medos expeditione suscepta, universos, alios
 « quidem ferro, alios vero sine pugna magnæ suæ potesta-
 « tis terrore sibi subjugavit : atque prospero rerum suc-
 « cessu valde elatus, aliquanto audacius progrediebatur,
 « orientales urbes et provincias subvertendo. Quod tempus
 « quum in longum protraheretur, Armais, qui in Ægypto
 « fuerat relictus, omnia contra quam frater monuerat ne
 « faceret, sine timore faciebat : nam et reginæ vim inferebat,
 « ceterisque concubinibus ad libitum misceri non cessabat :
 « persuasusque ab amicis corona utebatur, et contra fratrem
 « insurgabat. Is vero qui constitutus erat super sacra Ægy-
 « ptica, codicillos Sethosi misit, eum de omnibus certiorum
 « faciens, quodque frater ipsius Armais contra eum bellum
 « moveret. Illico igitur Pelusium reversus est, et pro-
 « prium tenuit regnum. Provincia vero ex ejus nomine
 « appellata est Ægyptus. Dicit enim quod Sethosis qui-
 « dem Ægyptus vocabatur, Armais autem frater ejus Da-
 « naus. »

16. Atque hæc quidem Manetho. Ergo si tempus ad
 initam annorum istorum rationem exigemus, constabit
 omnino, quos Pastores ipsi vocabant, majores nostros, an-
 nis ante tribus et nonaginta supra trecentos, ubi ex Ægypto
 migrassent, regionem illam insedissee, quam Danaus Argos
 venisset, qui tamen ab Argivis pro antiquissimo celebratur.
 Ita duo nobis eaque sane præcipua, hoc Manethonis, quod
 Ægyptiarum literarum fidem sequitur, testimonio confecta
 sunt : alterum, eos in Ægyptum aliunde profectos esse ;
 alterum, indidem ipsos alio commigrasse, quod etiam po-

χαίαν τοῖς χρόνοις, ὡς ἐγγύς που προτερεῖν αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτισι χιλίοις. Ὑπὲρ ὧν δ' ὁ Μανέθων οὐκ ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὡμολόγηκεν, ἐκ τῶν ἀδεσπότης μυθολογουμένων προσ-
6 τέθεικεν, ὕστερον ἐξελέγξω κατὰ μέρος, ἀποδεικνύς τὴν ἀπίθανον αὐτοῦ ψευδολογίαν.

εἴ'. Βούλομαι τοῖνυν ἀπὸ τούτων ἔτι μετελθεῖν ἐπὶ τὰ παρὰ τοῖς Φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παρασχέιν. Ἔστι
10 τοῖνυν παρὰ Τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημοσία γεγραμμένα καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους πραχθέντων μνήμης ἀξίων. Ἐν τούτοις γέγραπται ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ὠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ βασιλέως,
15 ἔτεσι θάττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μισὶν ἡμέταις τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα, ἀνεγράφη δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ' ἡμῖν. Εἰρωμος γάρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς φίλος ἦν τοῦ βασιλέως ἡμῶν Σολομῶνος, πατρικὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν
20 διαδεδεγμένος. Αὐτὸς οὖν συμφιλοτιμούμενος εἰς τὴν τοῦ κατασκευάσματος τῷ Σολομῶνι λαμπρότητα, χρυσίου μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα, τεμνὼν δὲ καλλίστην ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους, ὃ καλεῖται Λίβανος, εἰς τὸν ὄροφον ἀπέστειλεν. Ἀντεδωρήσατο δὲ αὐτὸν ὁ Σο-
25 λομῶν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ γῇ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας τῇ Χαβουλὼν λεγομένη. Μάλιστα δὲ αὐτοὺς εἰς φιλίαν τῆς σοφίας συνῆγεν ἐπιθυμία· προβλήματα γὰρ ἀλλήλους ἀντεπέστελλον λύειν κελεύοντες, καὶ κρείττων ἐν τούτοις ἦν ὁ Σολομῶν καὶ
30 τᾶλλα σοφώτερος. Σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλὰ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκείνους πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν. Ὅτι δ' οὐ λόγος ἐστὶν ὑπ' ἐμοῦ συγ-
35 κείμενος ὁ περὶ τῶν παρὰ τοῖς Τυρίοις γραμμάτων παραθήσομαι μάρτυρα Δίον, ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγενῆνα πεπιστευμένον. Οὗτος τοῖνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινικῶν ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον· « Ἀβιθαίου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ
« Εἰρωμος ἐβασίλευσεν. Οὗτος τὰ πρὸς ἀνατολὰς
« μέρη τῆς πόλεως προσέχων, καὶ μείζον τὸ ἄστυ
40 « πεποίηκε, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' « ἑαυτὸ δὴ ἐν νήσῳ, γύσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε
« τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν· ἀνα-
« θὰς δὲ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν
« ναῶν κατασκευὴν. Τὸν δὲ τυραννούντα Ἱεροσολύ-
45 « μων Σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν Εἰρωμον αἰ-
« νίγματα καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν, τὸ δὲ μὴ δυ-
« νηθέντα διακρίναι τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν.
« Ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἰρωμον καὶ μὴ δυναθέντα
« λύσαι τὰ αἰνίγματα πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπι-
50 « ζῆμιον ἀναλῶσαι. Ἐῖτα δὴ Ἀβδημόνον τινα Τύριον
« ἄνδρα τὰ προτεθέντα λύσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβα-
« λείν· ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα πολλὰ τῷ Εἰρωμῳ
« προσάποτίσαι χρήματα. » Δῖος μὲν οὕτω περὶ τῶν
προσειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

sterius adeo vetustum, ut Trojana tempora annis prope mille antecederet. Ista vero quæ Manetho non ex literis Ægyptiacis, sed, sicut ipse professus est, ab incertis auctoribus memorata, adjecit, postea particulatim excutiam, ea mendacia esse ostendens sine verisimilitudine conficta.

17. Volo jam ab istis transire etiam ad ea, quæ apud Phœnices de nostro genere conscripta sunt; et in hanc rem testimonia ex illis asseram. Apud Tyrios sane literæ sunt a multis annis consignatæ publicis monumentis, et magna cum cura adservatæ, ad ea spectantes quæ memoria digna ab ipsis gesta erant et cum aliis intercesserant. In istis scriptum est, a Solomone rege Hierosolymis templum fuisse constructum, annis cxxiii et mensibus octo priusquam a Tyriis Carthago ædificaretur, atque in illis templi nostri instructio descripta legitur. Hiromus enim Tyriorum rex amicus erat nostri Solomonis, patris in amicitia cum eo inita successor. Is itaque suam Solomoni munificentiam exhibens ad claritatem fabricæ, auri quidem talenta centum et viginti donavit; quumque pulcherrimam silvam ex monte, cui nomen Libanus, excidisset, lignum ad tecti contignationem misit: Solomon vero donis et aliis quamplurimis eum remuneravit, et terra in Galilææ regione quæ Chabulon dicitur. Præcipue autem illos sapientiæ studium ad invicem constrinxit: problemata enim solvenda mutuo mittebant, et in his superior usquequaque erat Solomon, inque ceteris sapientia præstare visus est. Hactenus vero plures ex epistolis, quas illi ad se invicem scripserunt, apud Tyrios asservantur. Quod autem sermo de Tyriorum literis a me non fingitur, testem producam Dium, virum qui Phœnicum historiam accurate scripsisse creditur. Ille igitur in suis de Phœnicibus historiis in hunc modum scribit: « Abihato vivis erepto,
« filius ejus Hiromus regnavit. Hic partes urbis orientales
« aggere cinxit et ampliorem eam reddidit; et Olympii Jovis
« templum, ab omni vicinarum ædium strue sejunctum et
« in insula positum, aggere interjecto copulavit urbi, et
« aureis donariis exornavit, ascendensque in Libanum ma-
« teriam cecidit ad sanorum exstructionem. Regem autem
« Hierosolymorum Solomonem ad eum aiunt ænigmata
« misisse et ab eo alia repoposcisse ea lege, ut qui dissolvere
« non posset, dissolventi pecunias penderet. Quam con-
« ditionem quum Hiromus accepisset, nec resolvere amba-
« ges potuisset, multam ingentem pecuniarum pependisse.
« Tunc virum quendam Tyrium nomine Abdemonum exstli-
« tisse, qui problemata solveret aliaque invicem proponeret:
« quæ quum Solomon non solvisset, pecunias multas Hi-
« romo insuper rependisse. » Ita quidem Dius de iis quæ
supra diximus testatus est.

1 η'. Ἀλλὰ πρὸς τοῦτω παραθήσομαι Μένανδρον τὸν
 Ἐφέσιον. Γέγραφε δὲ οὗτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασι-
 λεῶν πράξεις παρὰ τοῖς Ἑλλησι καὶ βαρβάροις γενομέ-
 νας, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπου-
 5 δάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. Γράφων δὲ περὶ τῶν βα-
 σιλευκῶτων ἐν Τύρῳ, ἐπειτα γενομένος κατὰ τὸν
 Εἰρώμον, ταῦτα φησί· « Τελευτήσαντος δὲ Ἀβιδά-
 « λου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εἰρώμος,
 « ὃς βιώσας ἔτη πενήνκοντα τρία ἐβασίλευσεν ἔτη
 10 « τριάκοντα τέσσαρα. Οὗτος ἔχωσε τὸν εὐρύχωρον
 « τὸν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ Διὸς ἀνέθηκεν,
 « ἔτι τε ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ τοῦ λεγομέ-
 « νου ὄρους Λιδάου, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν
 « στέγας, καθελὼν τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καινοῦς ὠκοδό-
 15 « μησε, τό τε τοῦ Ἡρακλέους καὶ τῆς Ἀστάρτης τέ-
 « μενος ἀνιέρυσσε, καὶ τὸ μὲν τοῦ Ἡρακλέους πρῶτον
 « ἐποίησατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνί, ἔτα τὸ τῆς Ἀστάρ-
 « τῆς, ὁπότε Τίτυος ἐπεστράτευσεν μὴ ἀποδιδούσι τοὺς
 « φόρους, οὓς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν.
 20 « Ἐπὶ τούτου δὲ τις ἦν Ἀβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς
 « ἐνίκα τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱερο-
 « σολύμων βασιλεὺς. » Ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τού-
 « του τοῦ βασιλέως ἄχρι τῆς Καρχηδόνης κτίσεως οὕ-
 « τως· « Τελευτήσαντος Εἰρώμου διεδέξατο τὴν βασιλείαν
 25 « Βαλεάζαρος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία
 « ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ. Μετὰ τούτων Ἀβδάστρατος ὁ
 « αὐτοῦ υἱὸς βιώσας ἔτη εἴκοσι ἐννέα ἐβασίλευσεν ἔτη ἐν-
 « νέα. Τούτων οἱ τῆς τροφῆς αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπίβου-
 « λεύσαντες ἀπώλεσαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν
 30 « ἔτη δώδεκα. Μεθ' οὗς Ἀσταρτος ὁ Δελαιαστάρτου,
 « ὃς βιώσας ἔτη πενήνκοντα τέσσαρα ἐβασίλευσεν ἔτη
 « δώδεκα. Μετὰ τούτων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀσέρυμος
 « βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πενήνκοντα ἐβασίλευσεν
 « ἔτη ἐννέα. Οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Φέ-
 35 « λητος, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἤρξε μῆνας ὀκτώ,
 « βιώσας ἔτη πενήνκοντα. Τούτων ἀνείλεν Εἰθώβα-
 « λος ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεὺς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τρια-
 « κονταδύο ἐβίωσεν ἔτη ἐξήκοντα ὀκτώ. Τούτων διε-
 « δέξατο Βαδέζωρος υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα
 40 « πέντε ἐβασίλευσεν ἔτη ἑξ. Τούτου διάδοχος γέγονε
 « Μάττηνος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τριάκοντα δύο
 « ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. Τούτου διάδοχος γέγονε
 « Φυγμαλίων, βιώσας δ' ἔτη πενήνκοντα ἑξ ἐβασίλευ-
 « σεν ἔτη τεσσαράκοντα ἑπτὰ. Ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτοῦ
 45 « ἐβδόμῳ ἔτει ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα ἐν τῇ Λιδύῃ
 « πόλιν ὠκοδόμησε Καρχηδόνα. » Συνάγεται δὲ πᾶς ὁ
 « χρόνος ἀπὸ τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἄχρι Καρχηδόνης
 « κτίσεως ἔτη ρνέ' μῆνες ἦ'. Ἐπεὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς
 « Εἰρώμου βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ὠκοδομήθη ὁ ναὸς,
 50 « γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ ἄχρι Καρ-
 « χηδόνης κτίσεως ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα τρία, μῆνες
 « ὀκτώ. Τῆς μὲν οὖν παρὰ Φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ
 « προσθεῖναι πλείω; βλέπεται γὰρ τάλῃθες ἰσχυρῶς ὁμο-
 « λογημένον. Καὶ πολλὸ δῆπου προάγει τῆς τοῦ νεῶ κα-

18. Sed huic Menandrum Ephesium adjungam. Is
 autem res singulorum regum tempore apud Græcos Barba-
 rosque gestas memorie mandabat, ex vernaculis cujusque
 provincie vel gentis actis studens historie veritatem co-
 gnoscere. De iis itaque qui in Tyro regnarunt scribens, et
 deinde veniens ad Hiromum regem, ista dicit : « Abibalo vita
 « functo, Hiromus filius ejus regnum accepit, qui regnavit
 « annos xxxiv, vita ad annum liii producta. Hic aggere
 « Vastum qui dicitur locum exaequavit, prætereaque au-
 « ream columnam in Jovis templo collocavit : et ad ligno-
 « rum silvam profectus, e monte Libano appellato con-
 « struendis templorum tectis cedros excidit; demolitusque
 « antiqua delubra, nova templa ædificavit, Herculisque et
 « Astartæ fana consecravit, primumque Herculis templum
 « fecit in mense Peritio, deinde Astartæ, quando bellum
 « movit adversus Tityos, quod tributa non solverent :
 « quos quum sibi etiam iterum subjecisset, reversus est.
 « Hujus ætate quidam Abdemonus puer junior clarebat,
 « qui problemata, quæ Solomon rex Hierosolymorum ex-
 « plicari jussit, ingenio semper superabat. » Supputatur ve-
 ro tempus ab hoc rege usque ad constructionem Carthagi-
 nis, hoc modo : « Hiromo defuncto, in ejus regnum suc-
 « cessit Baleazarus filius, qui, quum vixisset annis xliii,
 « septem regnavit annis. Post hunc Abdastratus illius
 « filius vita exacta annorum xxix regnavit novem. Hunc
 « nutricis suæ filii quattuor insidiis peremerunt, quorum
 « senior regnavit annis xii. Post quos Astartus filius De-
 « laastarti regnavit, qui vixit annis liv, regnavit annis
 « xii. Post hunc frater ejus Aserymus, qui vixit annis
 « liv, regnavit annis novem. Hic a fratre Plelete interfe-
 « ctus est, et regno suscepto mensibus imperavit octo,
 « quum vixisset annis l. Hunc interfecit Ithobalus Astartæ
 « sacerdos, qui, quum vixisset annis lxxviii, regnavit an-
 « nis xxxii. Huic successit Badezorus filius, qui, quum
 « vixisset annis quadraginta quinque, regnavit annis sex.
 « Huic successor factus est Matgenus ejus filius, qui
 « quum vixisset annis xxxii, novem regnavit annis. Huic
 « successit Pygmalion, qui vixit annis lvi, et regnum le-
 « nuit xlvii. Hujus regni anno septimo soror ejus Dido,
 « fuga elapsa, in Libya civitatem condidit Carthaginem ». Itaque colligitur omne tempus a regno Hiromi usque ad
 conditam Carthaginem, ad annos clv et menses viii. Quum
 vero anno xii Hiromi regis in Hierosolymis ædificatum sit
 templum, fluxit igitur a templi conditu usque ad constru-
 ctionem Carthaginis tempus annorum cxliiii, mensium viii.
 Et Phœnicum quidem testimoniis quid opus est plura
 adscribere? cernitur enim veritas valde comprobata. Et
 multum videlicet constructionem templi præcedit progæ-

τασκευῆς ἢ τῶν προγόνων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν ἀφίξις· ὅτε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν πολέμῳ παρέλαβον, τότε τὸν νεὼν κατεσκεύασαν. Καὶ ταῦτα σαφῶς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπ' ἐμοῦ δεδῆλωται διὰ τῆς ἀρχαιολογίας.

10 ἰθ'. Λέξω δὲ νῦν ἥδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορούμενα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. Μάρτυς δὲ τούτων Βηρωσσός, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνῶριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφόμενοις, ἐπειδὴ περὶ τε ἀστρονομίας καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφούμενων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἑλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς. Οὗτος τοίνυν ὁ Βηρωσσός ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς περὶ 15 τε τοῦ γενομένου κατακλυσμοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φθορᾷ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἰστόρηκε· καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ᾗ Νῶχος ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσεγενεθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὄρων. Ἔτα τοὺς ἀπὸ Νῶχου καταλέ- 20 γων καὶ τοὺς χρόνους αὐτοῖς προστιθείς, ἐπὶ Ναβοπαλάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλεῖα, καὶ τὰς τούτου πράξεις ἀφηγούμενος λέγει, « τίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Ναβουχοδονόσορον 25 « μετὰ πολλῆς δυνάμεως, ἐπειδὴ περ ἀφαστῶτας αὐ- τοὺς ἐπύθετο, πάντων ἐκράτησε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέ- « κρησε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ' « ἡμῶν λαὸν ἀναστήσας εἰς Βαβυλῶνα μετέωκισεν. « Συνέβη δὲ καὶ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἐτῶν 30 « ἐβδομήκοντα μέχρι Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως. » Κρατήσας δὲ φησὶ τὸν Βαβυλωνίων Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, Ἀραβίας, πάντας δὲ ὑπερβαλλόμενον ταῖς πράξεσι τοὺς πρὸ αὐτοῦ Χαλδαίων καὶ Βαβυλωνίων βεβασίλευκotas. Εἴθ' ἐξῆς ὑποκαταβάς ὀλίγον ὁ Βη- 35 ρωσσός πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀρχαιότητος ἱστοριογραφίᾳ· αὐτὰ δὲ παραθήσομαι τὰ τοῦ Βηρωσσοῦ τούτου ἔχοντα τὸν τρόπον· « Ἀκούσας δ' ὁ πατήρ « αὐτοῦ Ναβοπαλάσσαρος ὅτι ὁ τεταγμένος σατράπης « ἐν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλιν 40 « καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονεν, οὐ δύ- « νάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ « Ναβουχοδονοσῶρι ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς « δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. Συμμιξας δὲ « Ναβουχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ καὶ παραταξάμενος 45 « αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε καὶ τὴν χώραν ἐξαυτῆς ὑπὸ τὴν « αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν. Τῷ δὲ πατρὶ αὐτοῦ συν- « ἔβη Ναβοπαλασσάρῳ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρω- « στήσαντι ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν « βίον, ἔτη βεβασίλευκότης εἴκοσι ἐννέα. Αἰσθόμενος 50 « δὲ μετ' οὐ πολὺ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχο- « δονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πρά- « γματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους « Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ « τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων μετὰ

nitorum nostrorum in hanc regionem adventus : quum enim eam universam debellasset, tum demum templum aedificare coeperunt. Et hæc aperte ex sacris literis a me declarata sunt in Antiquitatum libris.

19. Jam vero ea nunc referam quæ de nobis apud Chaldaeos literarum monumentis mandata sunt, quæ cum libris nostris etiam super aliis rebus in plerisque consentiunt. Testis autem horum est Berosus, vir genere quidem Chaldaeus, iis vero non ignotus qui in literarum studiis versantur, quoniam scripta de astronomia et Chaldaeorum philosophia ipse Græcorum in usum edidit. Is igitur Berosus, antiquissimas sequutus historias, de diluvio et hominibus in eo pereuntibus eadem plane ac Moyses narravit : simul et de arca in qua Noeus generis nostri princeps servatus est, ipsa scilicet in summitatem montium Arimeniorum delata. Deinde ortos a Noeo nume- rans et sua quibusque tempora assignans, ad Nabopalassarum tandem venit, Babylonis et Chaldaeorum regem, resque ab eo gestas memorans refert « quemadmodum in Ægyptum « et terram nostram misso filio suo Nabuchodonosoro « multis cum copiis, postquam eos defecisse intellexit, « omnes devicit, et templum Hierosolymitanum incendit, « cunctumque gentis nostræ populum suis e sedibus excita- « tum Babylonem tulit. Unde et civitatem contigit desolatam « mansisse annis lxx usque ad Cyrum regem Persarum. » Dicit insuper quod Babylonius tenuerit Ægyptum, Syriam, Phœnicen, Arabiam ; quodque priores Chaldaeorum et Babyloniorum reges universos rebus a se gestis superarit. Deinde inferius paullo hæc iterum refert Berosus in Anti- quitatibus : ipsa vero Berosi verba proferam, ad hunc modum se habentia : « Quum autem audisset pater ejus « Nabopalassar, eum, qui in Ægypto et Cœle-Syria et « Phœnice præpositus fuerat, satrapen ab eo defecisse, ipse, « ferendis laboribus per ætatem impar, filio Nabuchodono- « soro ætate valenti tradidit partem exercitus, misitque ad « illum bello persequendum. Nabuchodonosorus autem, « cum satrapa defectore congressus, idque justa acie, et « devicit eum et regionem illico in regni sui ditionem rede- « git. At sub id tempus evenit ut Nabopalassar pater, « quum morbum contraxisset, in urbe Babyloniorum diem « obiret supremum, postquam regnarat annis xxix. Nabu- « chodonosorus autem, quum non multo post patris interi- « tum accepisset, rebusque in Ægypto et reliqua regione « ordinatis, Judæorum et Phœnicum ac Syrorum et gen- « tium in Ægypto captivis amicorum quorundam fidei

« βαρυτάτης δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνα-
 « κομίζειν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ὀλιγοστός
 « παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα. Κατα-
 « λαβὼν δὲ τὰ πράγματα διοικούμενα ὑπὸ Χαλδαίων
 5 « καὶ διατηρουμένην τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου
 « αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὀλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρ-
 « χῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενομένοις συνέταξεν
 « αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδαιοτάτοις τῆς Βαβυλω-
 « νίας τόποις ἀποδείξαι, αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ
 10 « πολέμου λαφύρων τό τε Βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ
 « κοσμήσας φιλοτίμως, τὴν τε ὑπάρχουσαν ἐξ ἀρχῆς
 « πόλιν ἀνακαίνισας καὶ ἑτέραν ἐξωθεν προσχαρισάμε-
 « νος πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοὺς πολιορκούντας τὸν
 « ποταμὸν ἀναστρέφοντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν,
 15 « ὑπερεβάλετο τρεῖς μὲν τῆς ἐνδοῦ πόλεως περιβόλους,
 « τρεῖς δὲ τῆς ἐξω τούτων, τοὺς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου
 « καὶ ἀσφάλτου, τοὺς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς πλίνθου. Καὶ τει-
 « χίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κο-
 « σμήσας ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύακε τοῖς πατρικαῖς
 20 « βασιλείοις ἑτέρα βασιλεία ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπεραί-
 « ροντα ἀνάστημα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν. Μα-
 « κρὰ δ' ἴσως ἔσται ἐάν τις ἐξηγήται, πλὴν ὅντα γε εἰς
 « ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ υπερήφανα συνετελέσθην
 « ἡμέραις πεντεκαίδεκα. Ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τού-
 25 « τοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας καὶ
 « τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην τοῖς ὄρεσι, καταρυτεύ-
 « σας δένδροις παντοδαποῖς, ἐξειργάσατο, καὶ κατα-
 « σκευάσας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν παράδεισον, διὰ
 « τὸ τὴν γυναικα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρείας διαθέ-
 30 « σως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μηδίαν τό-
 « ποις. »

κ'. Ταῦτα μὲν οὗτος ἱστορήσε περὶ τοῦ προειρημέ-
 νου βασιλέως, καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις ἐν τῇ τρίτῃ βί-
 βλῳ τῶν Χαλδαίων, ἐν ἣ μέμεται τοῖς Ἑλληνικοῖς
 35 συγγραφεῦσιν ὡς μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμεως τῆς
 Ἀσσυρίας κτισθῆναι τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια
 κατασκευασθῆναι περὶ αὐτὴν ὑπ' ἐκείνης ἔργα ψευδῶς
 γεγραφοῖσι. Καὶ κατὰ ταῦτα τὴν μὲν τῶν Χαλδαίων
 γραφὴν ἀξιόπιστον ἡγητέον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρ-
 40 χείοις τῶν Φοινίκων σύμφωνα τοῖς ὑπὸ Βηρωσσῶ λεγο-
 μένοις ἀναγέγραπται περὶ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασι-
 λέως, ὅτι καὶ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην ἅπασαν
 ἐκείνους καταστρέψατο. Περὶ τούτων γοῦν συμφωνεῖ καὶ
 Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνημένος τῆς Τύρου
 45 πολιορκίας, καὶ Μεγασθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδι-
 κῶν, δι' ἧς ἀποφαίνεται πειρᾶται τὸν προειρημένον βα-
 σιλέα τῶν Βαβυλωνίων Ἡρακλέους ἀνδρεῖα καὶ με-
 γέθει πράξεων διεννοχέαν· καταστρέψασθαι γὰρ
 αὐτὸν φησι καὶ Αἰθῶς τὴν πολλὴν καὶ Ἰβηρίαν. Τὰ
 50 δὲ περὶ τοῦ ναοῦ προειρημένα τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅτι
 καταπερήσθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἐπιστρατευσάν-
 των, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομεῖσθαι Κύρου τῆς
 Ἀσίας τὴν βασιλείαν παρελθόντος, ἐκ τῶν Βηρωσσῶ
 σαφῶς ἐπιδειχθήσεται παρατεθέντων. Λέγει γὰρ οὗτος

« commendatis, ut eos una cum gravis armaturae militibus
 « et impeditis in Babyloniam deportarent, ipse cum
 « paucis itinere per desertum facto Babylonem venit. Po-
 « titus autem rerum quas Chaldaei administrabant, regni-
 « que sibi ab eorum potissimo adservati, totum patris quod
 « fuerat imperium adeptus, captivis quidem, ubi eo vene-
 « rant, colonias in Babyloniae locis maxime opportunis
 « assignari jussit : ipse vero postquam de belli manubiis
 « Beli templum reliquaue largiter ornaverat, urbanique
 « Babylonis quae jam erat, nova etiam altera extrinsecus
 « addita, instauraverat, ne possent posthac qui ad urbem
 « venirent obsidendam abacto flumine eam aggredi, ternos
 « quidem interiori urbi ternosque pariter exteriori murorum
 « ambitus circumdedit, partim quidem e cocto latere et
 « bitumine, partim vero ex eodem latere solo. Quumque
 « urbem bene munivisset, et portas magnifice adornasset,
 « paternae regiae contiguam aliam extruxit, supereminens
 « tem et altitudine et plurimo splendore. Longum fortasse
 « esset ejus descriptionem facere : succederet dicere hoc
 « opus et magnitudine et omni rerum paratu eximium intra
 « dies perfectum esse quindecim. In hac autem regia
 « pilas e lapidibus extruxit-excelsas, easdemque omnis
 « generis arboribus consitas, ut speciem montibus quam
 « simillimam referrent, elaboravit, facto etiam paradiso,
 « qui nuncupatur pensilis, quod uxor ejus, utpote in
 « Mediae locis educata, montosi situs desiderio teneretur. »

20. Atque haec quidem Berosus de rege praedicto retulit,
 insuperque multa in tertio Chaldaeorum libro, in quo re-
 prehendit historicos Graecos, ut qui vane arbitrentur a Se-
 mirami Assyria Babylonem aedificatam, falsoque scripserint
 miranda opera illic ab ipsa fuisse constructa. Atque in
 istis Chaldaeorum quidem historia fide digna habenda est ;
 maxime quod in archivis Phoenicum scripta reperiantur
 quae cum iis conveniunt a Beroso narratis de rege Babylo-
 niorum, Syriam scilicet et universam Phoenicem illum sub-
 egisse. His sane adstipulatur Philostratus in Historiis,
 quo in loco Tyri obsidionis meminit ; et Megasthenes in
 quarto volumine rerum Indicarum, ubi ostendere conten-
 dit praedictum Babyloniorum regem fortitudine Hercu-
 lem et magnitudine praestitisse : dicit enim eum Libyae
 bonam partem et Iberiam subjugasae. Quae vero de He-
 rosolymorum templo jam dicta sunt, concrematum esse
 a Babyloniorum exercitu, et coeptum rursus aedificari, quum
 Cyrus Asiae imperium accepisset, ex iis quae praeterea re-
 fert Berosus clare manifestabimus. Sic enim in libro tertio

διὰ τῆς τρίτης· « Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ
 « ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους ἐμπασὺν εἰς ἀρ-
 « ρωσίαν μετελλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὸς ἔτη
 « τεσσαράκοντα τρία. Τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ
 5 « υἱὸς αὐτοῦ Εὐεῖλμαράδουχος. Οὗτος προστάς τῶν
 « πραγμάτων ἀνόμιος καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ
 « τοῦ τῆν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσοόρου ἀνη-
 « ρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. Μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι
 « τοῦτον διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ
 10 « Νηριγλισσοόρος ἐβασιλευσεν ἔτη τέσσαρα. Τούτου
 « υἱὸς Λαβοροσοάργος ἐκυρίευσεν μὲν τῆς βασιλείας
 « παῖς ὢν μῆνας ἐννέα, ἐπιβουλευθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ
 « ἐμφανίειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη.
 « Ἀπολομένου δὲ τούτου συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύ-
 15 « σαντες αὐτῷ κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβον-
 « νήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος, ὅντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυ-
 « στασεως. Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τεῖχη
 « τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὁπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλ-
 « του κατεκοσμήθη. Οὗσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν
 20 « τῷ ἑπτακαίδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὺς Κῦρος ἐκ τῆς
 « Περσίδος μετὰ δυνάμειος πολλῆς, καὶ καταστρεψά-
 « μενος τὴν λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὤρμησεν ἐπὶ τῆς
 « Βαβυλωνίας. Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον
 « αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμειος καὶ παρατα-
 25 « ξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὴν ὀλιγοστός,
 « συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππην πόλιν. Κῦρος δὲ
 « Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔσω τῆς
 « πόλεως τεῖχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πρα-
 « γματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευ-
 30 « ξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον.
 « Τοῦ δὲ Ναβόννηδου οὐκ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν,
 « ἀλλ' ἐγχειρήσαντος αὐτὸν, πρότερον χρησάμενος Κῦ-
 « ρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμα-
 « νίαν, ἐξέπειψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος
 35 « μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ
 « τῇ χώρᾳ κατέστρεψε τὸν βίον. »
 καί. Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις
 τὴν ἀλήθειαν. Γέγραπται γάρ ἐν αὐταῖς ὅτι Ναβου-
 40 « χοδονόσορος ὀκτωκαίδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει
 « τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἡρῆμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη
 « πενήτηκοντα· δευτέρῳ δὲ τῆς Κύρου βασιλείας ἔτει τῶν
 « θεμελίων ὑποβληθέντων, δευτέρῳ πάλιν τῆς Δαρείου
 « βασιλείας ἀπετελείσθη. Προσθήσω δὲ καὶ τὰς τῶν Φοινί-
 « κων ἀναγραφάς· οὐ γὰρ παραλείπτεον τῶν ἀποδείξεων
 45 « τὴν περιουσίαν. Ἔστι δὲ τοιαύτη τῶν χρόνων ἡ κα-
 « ταρίθμησις. « Ἐπὶ Εἰλωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρ-
 « κησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπ' ἔτη τρισκαί-
 « δεκα. Μετὰ τοῦτον ἐβασιλευσε Βαβλ' ἔτη δέκα. Μετὰ
 « τοῦτον δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν, Ἐκνί-
 50 « « θαλος Βασιλάρχου μῆνας δύο, Χέλδης Ἀβδαίου μῆνας
 « δέκα, Ἀββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγρονος
 « καὶ Γεράστρατος τοῦ Ἀδδηλέμου δικασταὶ ἔτη ἕξ, ὧν
 « μετὰξὺ ἐβασιλευσε Βαβλ' ἄτορος ἐνιαυτὸν ἑνα. Τούτου
 « τελευτήσαντος ἀποστείλαντες μετεπέμψαντο Μέρβα-

ait : « Et Nabuchodonosorus quidem, posteaquam inchoa-
 « vit praedictum murum, morbo implicitus, mox e vita ex-
 « cessit, quum regnasset annos tres et quadraginta. In
 « regnum autem succedebat filius ejus Evilmaraduchus.
 « Hic, quod summa rerum nefarie ac petulanter abuteretur,
 « anno altero quam regnare coeperat, Neriglissoori sororis
 « suae conjugis insidiis occubuit. Hujus autem post necem
 « idem ipse Neriglissoorus, qui ei fecerat insidias, imperium
 « suscepit et annis regnavit quattuor. Hujus filius Laboro-
 « soarchodus, quum adhuc puer esset, regnum quidem te-
 « nuit menses novem; per insidias vero, quod multam
 « indolis pravitate praese ferret, a necessariis suis cum
 « cruciati interfectus est. Hoc autem perempto, quum in-
 « ter se coissent insidiatores ejus, communi consensu
 « regnum detulere ad Nabonnedum quemdam Babylonium,
 « qui et ipse in eadem conjuratione fuerat. Hoc regnante
 « Babylonis moenia, quae flumini adiacebant, ex cocto la-
 « tere et bitumine splendidius aedificata sunt. Quum autem
 « regni ejus annus decimus septimus ageretur, Cyrus ex
 « Perside cum ingenti profectus exercitu, ac reliquum ejus
 « imperium populatus, in Babyloniam ipsam invasit. Quam
 « ejus impressionem quum sensisset Nabonnedus, obviam
 « egressus cum exercitu, acieque conserta pugna victus,
 « et cum paucis fuga salutem quaerens, sese in Borsippe-
 « norum oppidum inclusum dedit. Cyrus autem, Babylone
 « capta, constitutoque exteriora ejus urbis munimenta dirue-
 « re, quod civitatem videret ad res novas mobilem, urbem
 « vero expugnata difficilem, inde in Borsippum proficiscitur,
 « Nabonnedum obsessurus. Nabonnedum autem, quum non
 « tulisset obsidionem, sed prius sese dedidisset, perhuma-
 « niter habuit Cyrus, dataque ei ad habitandum Carmania,
 « Babylonia dimitti voluit. Et Nabonnedus quidem, reli-
 « quo tempore in ista regione exacto, diem obiit supre-
 « mum. »

21. Atque haec narratio consentientem habet cum nostris
 scripturis veritatem. Proditum enim in illis est, Nabucho-
 donosorum anno regni sui decimo octavo templum nostrum
 diruisse, ejusque excidium totos quinquaginta annos du-
 rasse; anno autem Cyri regni secundo jactis fundamentis
 restitui coeptum, denuo vero Darii regni secundo partibus
 omnibus absolutum esse. Quin et adjiciam Phoenicum li-
 storias : haud enim omitendum est probationum sat su-
 perque afferre. Est autem in illis temporum dinumeratio
 hujusmodi. « Ilthobalo apud Tyrios regnante Nabuchodo-
 « nosorus Tyrum obsedit per annos xiii. Post hunc regnavit
 « Baal annos decem. Post hunc Judices constituti sunt
 « et ipsi rexere : Ecnibalus Baslachi menses duos, Chelbes
 « Abdæi menses decem, Abbarus summus pontifex menses
 « tres, Mytgonus et Gerastratus Abdelemi judices per annos
 « sex, inter quos annum unum cum potestate regia Tyro
 « praefuit Balatorus. Quo mortuo misere Tyrii qui ex
 « Babylone Merbalum advocarent, regnavitque hic annos

« λον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἐπὶ τέσσαρα.
 « Τούτου τελευτήσαντος μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐ-
 « τοῦ Εἰρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ εἴκοσιν. Ἐπὶ τούτου
 « Κῦρος Περσῶν ἐδυνάστευσεν. » Οὐκοῦν ὁ σύμπαξ χρό-
 6 νος ἐπὶ πεντήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες πρὸς αὐ-
 τοῖς. Ἐβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονοσόρου
 βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον, τεσσαρεσκαίδε-
 κάτω δ' ἐπὶ τῆς Εἰρώμου Κῦρος ὁ Πέρσης τὸ κράτος
 παρελάβεν. Καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τοῖς ἡμε-
 10 τέροις γράμμασι τὰ Χαλδαίων καὶ Τυρίων, ὁμολογη-
 μένη δὲ καὶ ἀναντίρρητος ἡ περὶ τῶν εἰρημένων μοι
 μαρτυρία τῆς τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχαιότητος. Τοῖς
 μὲν οὖν μὴ σφόδρα φιλονεικοῖς ἀρχέσειν ὑπολαμβάνω
 τὰ προσηρημένα.

15 κβ'. Δεῖ δ' ἄρα καὶ τῶν ἀπιστούντων ταῖς μὲν ἐν
 τοῖς βιβλίοις ἀναγραφαῖς, μόνοις δὲ τοῖς Ἑλλήσι πι-
 στεύειν ἀξιούντων, ἀποπληρῶσαι τὴν ἐπιζητήσιν, καὶ
 παρασχεῖν πολλοὺς καὶ τούτων ἐπισταμένους τὸ ἔθνος
 ἡμῶν, καὶ καθ' ὃ καιρὸς ἦν αὐτοῖς, μνημονεύοντας
 20 πρᾶχθῆναι ἐν ἰδίῳ αὐτῶν συγγράμμασιν. Πυθαγό-
 ρας τοῖνον δ' Σάμιος ἀρχαῖος ὢν, σοφία δὲ καὶ τῇ περὶ
 τοῦ θεοῦ εὐσεβείᾳ πάντων ὑπείλημμένος διενεγκεῖν τῶν
 φιλοσοφούντων, οὐ μόνον ἐγνωκώς τὰ παρ' ἡμῖν δῆ-
 25 λος ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐκ πλείστου γεγε-
 νημένος. Αὐτοῦ μὲν οὖν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα,
 πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασιν, καὶ τούτων ἐπι-
 στημότατός ἐστιν Ἑρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστο-
 ρίαν ἐπιμελής. Λέγει τοῖνον ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ
 Πυθαγόρου βιβλίων ὅτι « Πυθαγόρας, ἐνὸς αὐτῶν τῶν
 30 συνουσιαστῶν τελευτήσαντος, τούνομα Καλλιπῶντος,
 τὸ φῆνος Κροτωνιάτου, τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συν-
 διατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι
 παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον ἐφ' ὃν ἂν ὄνος
 ὀκλάσῃ, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πάσης
 35 ἀπέχειν βλασφημίας. » Εἴτα προστίθει μετὰ ταῦτα
 καὶ τάδε· « Ταῦτα δ' ἔπραττε καὶ ἔλεγε, τὰς Ἰου-
 « δαίων καὶ Θρακῶν ὁδὰς μιμούμενος καὶ μεταφέρον
 « εἰς ἑαυτόν. » Λέγεται γὰρ ὡς ἀληθὺς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖ-
 νος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτοῦ
 40 μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. Ἦν δὲ καὶ κατὰ πόλεις οὐκ
 ἀγνωστον ἡμῶν πάλαι τὸ ἔθνος, καὶ πολλὰ τῶν ἔθνων εἰς
 τινὰς ἤδη διαπεφοιτῆκει καὶ ζήλου παρ' ἐνίοις ἡζιούτο.
 Δηλοὶ δὲ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ νόμων. Λέγει
 γὰρ ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικούς θρκους
 45 θυμύειν· ἐν οἷς μετὰ τινων ἄλλων καὶ τὸν καλού-
 μενον θρκον Κορβὰν καταριθμεῖ. Παρ' οὐδενὶ δ' ἂν
 οὗτος εὐρεθῇ πλὴν μόνοις Ἰουδαίοις. Δηλοὶ δ', ὡς
 ἂν εἴποι τις, ἐκ τῆς Ἑβραίων μεθερμηνεύμενος δια-
 λέκτου, δῶρον Θεοῦ. Καὶ μὴν οὐδὲ Ἡρόδοτος δ
 50 Ἀλικαρνασσεὺς ἡγνόνκεν ἡμῶν τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τρόπῳ
 τινὶ φαίνεται μεμνημένος. Περὶ γὰρ Κόλχων ἱστορῶν
 ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ φησὶν οὕτως· « Μοῦνοι δὲ πάν-
 « των, φησὶ, Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες
 « περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ

« quattuor. Eo mortuo advocarunt fratrem ejus Hiromum,
 « qui regnavit annos xx. Hujus tempore Cyrus apud Persas
 « potens erat. » Quapropter omne tempus est annorum LIV,
 triumque insuper mensium. Septimo siquidem anno regni
 sui Nabuchodonosorus cepit obsidere Tyrum : quarto de-
 cimo autem anno regni Hiromi Cyrus Persa imperium ac-
 cepit. Et consonant quidem quæ de templo tradita a Chal-
 dæis ac Tyriis cum scriptis nostris ac manifestum, cui-
 que contradici nequeat, est testimonium de gentis nostræ
 antiquitate ex prædictis. Et his quidem, qui non sunt
 vehementer contentionis cupidi, sufficere arbitror quæ jam
 præmissa sunt.

22. Oportet autem non credentibus scriptis barbaricis,
 sed solis Græcis fidem habendam esse dicentibus, quæsitis
 satisfacere, multosque etiam ex illis testes exhibere, quibus
 nota erat gens nostra, eosque afferre qui in scriptis suis,
 prout ipsis commodum visum est, nostri meminerunt. Py-
 thagoram igitur Samium, valde quidem antiquum, sapientia
 vero et erga Deum pietate philosophorum præstantissimum
 habitum, non solum nostra instituta cognovisse certum
 est, sed etiam in plerisque ea sequutum esse et æmulatum.
 Et ipsum quidem nihil scriptum reliquisse in confesso est,
 multi tamen de eo retulere, et ex illis celeberrimus est
 Hernippus, vir circa omnem historiam indagator diligens.
 Refert utique in primo de Pythagora libro, « quod Pytha-
 goras, uno familiarium suorum defuncto, nomine Calli-
 phonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum
 degere die noctuque, et quod præciperet ut non transi-
 ret locum ubi asinus lapsus esset, et ab aqua fœculenta
 se averteret, et ab omni maledicto abstineret. » Deinde
 post hæc et ista adjicit : « Hæc autem faciebat dicebat-
 « que, Judæorum ac Thracum opiniones imitans et sibi
 « vindicans. » Vere enim dicitur quod vir ille multa Ju-
 dæorum instituta in suam philosophiam transtulit. Quin
 et per civitates olim non ignota fuit gens nostra, multæque
 ex illius consuetudinibus ad quasdam jam transierunt, et
 imitatione dignæ a nonnullis habebantur. Quod indicat
 Theophrastus in iis quæ scripsit de Legibus. Dicit enim
 Tyrriorum legibus prohiberi ne quis adhibeat externa jura-
 menta : in quibus cum quibusdam aliis etiam id juramen-
 tum, quod Corban vocatur, recenset. Apud nullos autem
 hoc invenitur juramentum, nisi apud solos Judæos.
 Significat autem, quasi quis dicat, ex Hebraica dialecto
 vocem interpretans, donum Dei. Verum neque Herodotus
 Halicarnassensis nostram ignoravit gentem, sed quodam-
 modo ejus meminisse videtur. De Colchis enim referens,
 in secundo libro ista habet : « Soli autem omniū hominum
 « Colchii et Egyptii et Æthiopes ab initio pudenda circum-
 « cidunt. Phœnices vero et Syri qui sunt in Palæstina, di-

« καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ οὗτοι ὁμολο-
 « γοῦσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. Σύριοι δὲ οἱ
 « περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμῶν, καὶ Μά-
 « κρωνες οἱ τοῦτοισιν ἀστυγείτονες ὄντες, ἀπὸ Κόλχων
 5 « φασὶ νεωστὶ μεμαθηκέναι. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ περι-
 « ταμνόμενοι ἀνθρώπων μῦθοι, καὶ οὗτοι Αἰγυπτίοισι
 « φαίνονται ποιεῦντες κατὰ ταῦτά. Αὐτῶν δὲ Αἰγυ-
 « πτίων καὶ Αἰθιοπῶν οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἐκότεροι παρὰ
 « τῶν ἐτέρων ἐξέμαθον. » Οὐκοῦν εἴρηκε Σύρους τοὺς
 10 ἐν τῇ Παλαιστίνῃ περιτέμνεσθαι· τῶν δὲ τὴν Παλαι-
 « στίνην κατοικούντων μόνον τοῦτο ποιοῦσιν Ἰουδαῖοι.
 « Τοῦτο ἄρα γινώσκων εἴρηκε περὶ αὐτῶν. Καὶ Χοι-
 « ρίλος δὲ ἀρχαιότερος γεγόμενος ποιητῆς, μέμνηται τοῦ
 « ἔθνους ἡμῶν, ὅτι συνεστράτευται Ξέρξῃ τῷ Περσῶν
 15 βασιλεῖ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Καταριθμησάμενος γὰρ
 « πάντα τὰ ἔθνη τελευταῖον καὶ τὸ ἡμέτερον ἐνέταξε
 « λέγων,

Τῷ δ' ὅπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
 γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφίεντες·
 20 ὤκευ δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ ἐνὶ λίμνῃ,
 αὐχμαλίοι κορυφάς, τροχοκούριδες· αὐτὰρ ὑπερθεῖν
 ἱππῶν δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρου ἐσκληρότα καπνῷ.

Ἀπὸ οὖν ἐστίν, ὥς οἶμαι, πᾶσιν ἡμῶν αὐτὸν μεμνη-
 « σθαι τῷ καὶ τὰ Σόλυμα ὅρη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι χώρα,
 25 « κατοικοῦμεν, καὶ τὴν Ἀσφαλτίτιν λεγόμενὴν λίμνην.
 « Αὕτη γὰρ πασῶν τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ λίμνῃ πλατυτέρα
 « καὶ μεῖζων καθέστηκεν. Καὶ Χοιρίλος μὲν οὕτως
 « μέμνηται ἡμῶν· ὅτι δὲ οὐ μόνον ἠπίσταντο τοὺς Ἰου-
 « δαίους, ἀλλὰ καὶ ἐθαύμαζον ὅσοις αὐτῶν ἐντύχοιεν
 30 οὐχ οἱ φαυλότατοι τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' οἱ ἐπὶ σοφίᾳ
 « μάλιστα θαυμασμένοι, ῥάδιον γινώσκει. Κλέαρχος γάρ,
 « ὁ Ἀριστοτέλους ὢν μαθητῆς καὶ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου
 « φιλοσόφων οὐδενὸς δεύτερος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕπνου
 « βιβλίῳ φησὶν Ἀριστοτέλῃ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ περὶ
 35 « τινος ἀνδρὸς Ἰουδαίου ταῦτα ἰστορεῖν, αὐτῷ τε τὸν λό-
 « γον Ἀριστοτέλει ἀνατίθῃσι. « Ἔστι δ' οὕτως γεγραμ-
 « μένον· « Ἀλλὰ τὰ μὲν πολλὰ μακρὸν ἂν εἰη λέγειν·
 « ὅσα δ' ἔχει τῶν ἐκείνου θαυμασιότητά τινα καὶ φιλο-
 « σοφίαν, ὁμοίως διελεῖν οὐ χεῖρον. Σαφῶς δ' ἴσθι,
 40 « εἴπεν, Ὑπεροχίδῃ, ὄνειροις ἴσα σοὶ δόξω λέγειν. Καὶ
 « ὁ Ὑπεροχίδης εὐλαβοῦμενος, Δι' αὐτὸ γὰρ, ἔφη, τοῦτο
 « καὶ ζητοῦμεν ἀκοῦσαι πάντες. Οὐκοῦν, εἴπεν δ'
 « Ἀριστοτέλης, κατὰ τὸ τῶν ῥητορικῶν παράγγελμα,
 « τὸ γένος αὐτοῦ πρώτον διελθώμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν
 46 « τοῖς τῶν ἀπαγγελίων διδασκάλοις. Λέγε, εἴπεν δ'
 « Ὑπεροχίδης, ὅ τι σοὶ δοκεῖ. Κάκεινος τοίνυν τὸ
 « μὲν γένος ἦν Ἰουδαῖος ἐκ τῆς Κοίλης Συρίας, οὗτοι
 « δὲ εἰσιν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰνδοῖς φιλοσόφων. Κα-
 « λοῦνται δὲ, ὡς φασιν, οἱ φιλόσοφοι παρὰ μὲν Ἰνδοῖς
 50 « Καλανοὶ, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαῖοι, τοῦνομα λα-
 « βόντες ἀπὸ τοῦ τόπου· προσαγορεύεται γὰρ ὃν κατοί-
 « κῃσι τόπον, Ἰουδαία. Τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν
 « ὄνομα πάνυ σκολιὸν ἐστίν, Ἱερουσαλὴμ γὰρ αὐτῇ
 « καλοῦσιν. Οὗτος οὖν ὁ ἀνὴρ ὁ ἐπιζευόμενός τε

JOSEPHUS. II.

« dicisse ab Aegyptiis et ipsi contententur. Syri autem qui flu-
 « vium Thermodontem et Parthenium accolunt, et horum
 « contermini Macrones, a Colchisae nuper id didicisse autem.
 « Hi enim ex hominibus soli sunt qui circumciduntur : et
 « apparet eos hoc facere more eodem atque Aegyptii. Ipso-
 « rum vero Aegyptiorum atque Aethiopum, non queo dicere
 « utri ab utris didicerint. » Dixit ergo Syros qui in Palaestina
 « sunt, circumcidi : omnium autem qui habitant Palaestinam
 soli Judaei circumciduntur. Hoc igitur sciens de ipsis
 pronunciavit. Porro Chcerilus ex antiquioribus poetis de
 gente nostra meminit, quod cum Xerxe Persarum rege
 expeditionis contra Graecos particeps fuerit. Quum enim
 gentes omnes enumerasset, novissimam nostram posuit,
 dicens,

Ex in miranda specie gens castra sequula est,
 Phœnicum ignoto quæ voces ederet ore.
 Hæc Solymos habitans montes stagnum prope vastum,
 circumtonsa comis, squalenti vertice, equinul
 exuvias capitis duratas igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, omnibus, nostri illum me-
 minisse, quod et Solymi montes in nostra regione sunt in
 quibus habitamus, et palus quæ dicitur Asphaltitis : hæc
 enim omnium quæ in Syria sunt latissima est et maxima. Et
 Chcerilus quidem ita nostri meminit. Quod autem non
 noverunt solum Judæos, sed ut inciderant in eos ad-
 mirabantur, non e vulgo Græci, sed ob sapientiam maxime
 celebres, ostendere facile est. Clearchus enim Aristotelis
 discipulus, et Peripateticorum nulli secundus, libro primo
 de Somno dicit Aristotelem doctorem suum de quodam
 viro Judæo ista referre, Aristotelem iu hunc modum lo-
 quentem inducens. Ita autem scriptum est. « Sed lon-
 « gum esset narrare plurima : quicquid vero hoc in ho-
 « mine admirationis aliquid habere ac philosophum sapere
 « videtur, eodem modo persequi utile fuerit. Tibi autem,
 « Hyperochida, ut aperte quod res est dicam, somniorum
 « quid persimile narrare videbor. Cui Hyperochides vere-
 « cunde, Et hac ipsa de causa, inquit, nobis omnibus au-
 « diendi desiderium cietur. Ergo, subjicit Aristoteles, ge-
 « nus hominis, ut præcipiunt rhetores, in primis aperiamus,
 « ne harum narrationum magistris fidem denegemus. Tu
 « vero dic quod libuerit, inquit Hyperochides. Ille ergo
 « gente quidem Judæus erat ex Cœle-Syria : isti vero ori-
 « ginem ducunt a philosophis apud Indos : vocanturque,
 « ut aiunt, philosophi apud Indos quidem Canani, apud Syros
 « autem Judæi, nomen a loco accipientes ; quæ enim ab
 « his regio incolitur, Judæam nominant. Urbis autem
 « ipsorum nomen tortuosum admodum ; Hierusalem enim
 « vocant. Hic igitur homo quum a plerisque hospitio exci-

« πολλοῖς καὶ τῶν ἄλλων τόπων εἰς τοὺς ἐπιθαλαττίους
 « ὑποκαταβαίνων Ἑλληνικὸς ἦν, οὐ τῇ διαλέκτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ. Καὶ τότε διατριβόντων
 « ἡμῶν περὶ τὴν Ἀσίαν, παραβαλὼν εἰς τοὺς αὐτοὺς
 5 « τόπους ἐν οἷς ἡμεῖς, ἐντυχάνει ἡμῖν τε καὶ τισιν ἐτέ-
 « ροις τῶν σχολαστικῶν, πειρώμενος αὐτῶν τῆς σοφίας.
 « Ὡς δὲ πολλοῖς τῶν ἐν παιδείᾳ συνωκείωτο, παρεδίδου
 « τι μᾶλλον ὧν εἶχεν. » Ταῦτ' εἶρηκεν Ἀριστοτέλης
 παρὰ τῷ Κλεάρχῳ, καὶ προσέτι πολλὴν καὶ θαυμασίαν
 10 καρτερίαν τοῦ Ἰουδαίου ἀνδρὸς ἐν τῇ διαίτῃ καὶ σω-
 φροσύνῃ διεξιῶν. Ἐνεστὶ δὲ τοῖς βουλευμένοις ἐξ
 αὐτοῦ τὸ πλεον γυνῶναι τοῦ βιβλίου· φυλάττομαι γὰρ
 ἐγὼ τὰ πλείω τῶν ἱκανῶν παρατίθεσθαι. Κλεάρχῳ
 μὲν οὖν ἐν παρεκβάσει ταῦτ' εἶρηκεν (τὸ γὰρ προκεί-
 15 μενον αὐτῷ ἦν ἕτερον), οὕτως ἡμῶν μνημονεύσας.
 Ἐκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος ἄμα καὶ
 περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ
 συναχμάσας καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος
 οὐ παρέργως, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων συγγέγραφε
 20 βιβλίον, ἐξ οὗ βούλομαι κεφαλαιωδῶς ἐπιδραμεῖν ἐνια
 τῶν εἰρημένων· καὶ πρῶτον ἐπιδείξω τὸν χρόνον· μνη-
 μονεύει γὰρ τῆς Πτολεμαίου περὶ Γάζαν πρὸς Δημή-
 τριον μάχης· αὕτη δὲ γέγονεν ἐνδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς
 Ἀλεξάνδρου τελευτῆς, ἐπὶ δὲ Ὀλυμπιάδος ἐβδόμης
 25 καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς, ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ.
 Προσθεὶς γὰρ ταύτην τὴν Ὀλυμπιάδα φησὶν, « Ἐπὶ
 « ταύτης Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐνίκα κατὰ Γάζαν μάχῃ
 « Δημήτριον τὸν Ἀντιγόνου, τὸν ἐπικληθέντα Πολιορ-
 « κητὴν. » Ἀλεξάνδρον δὲ τεθνάναι πάντες δημολο-
 30 γοῦσιν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαίδεκάτης Ὀλυμ-
 πιάδος. Δῆλον οὖν ὅτι καὶ κατ' ἐκείνον καὶ κατὰ
 Ἀλεξάνδρον ἡμαρξεν ἡμῶν τὸ ἔθνος. Λέγει τοίνυν ὁ
 Ἐκαταῖος πάλιν τάδε, ὅτι « μετὰ τὴν ἐν Γάζῃ μάχην
 « ὁ Πτολεμαῖος ἐγένετο τῶν περὶ Συρίαν τόπων ἐγκρα-
 35 « τῆς· καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πυνθανόμενοι τὴν
 « ἡπιότητα καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Πτολεμαίου, συνα-
 « παίρειν εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ καὶ κοινωεῖν τῶν πρα-
 « γμάτων ἡβουλήθησαν. Ὡν εἷς ἦν, φησὶν, Ἐζεκίας
 « ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Ἰουδαίων, ἀνθρώπος τὴν μὲν ἡλικίαν
 40 « ὡς ἐξήκοντα ἐξ ἑτῶν, τῷ δ' ἀξιώματι τῷ παρὰ τοῖς
 « δημοῖνοις μέγας καὶ τὴν ψυχὴν οὐκ ἀνόητος, ἐτι δὲ
 « καὶ λέγειν δυνατὸς καὶ [τοῖς περὶ] τῶν πραγμάτων,
 « εἴπερ τις ἄλλος, ἔμπειρος· καίτοι, φησὶν, οἱ πάντες
 « ἱερεῖς τῶν Ἰουδαίων, οἱ τὴν δεκάτην τῶν γινομένων
 45 « λαμβάνοντες, καὶ τὰ κοινὰ διοικοῦντες, περὶ χιλίους
 « μάλιστα καὶ πεντακοσίους εἰσὶν. » Πάλιν δὲ τοῦ
 προειρημένου μνημονεύων ἀνδρὸς, « Οὗτος, φησὶν, ὁ
 « ἀνθρώπος τετευχὼς τῆς τιμῆς ταύτης καὶ συνήθης
 « ἡμῖν γενόμενος, παραλαβὼν τινὰς τῶν μεθ' ἑαυτοῦ,
 50 « τὴν διαφορὰν ἀνέγνω πᾶσαν αὐτοῖς, εἶχε γὰρ τὴν
 « κατοίκησιν αὐτῶν καὶ τὴν πολιτείαν γεγραμμένην. »
 Εἶτα Ἐκαταῖος δηλοῖ πάλιν πῶς ἔχομεν πρὸς τοὺς
 νόμους, ὅτι πάντα πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ παραδῆναι
 τούτους προαιρούμεθα, καλὸν εἶναι νομίζοντες. « Τοι-

« peretur, et a superioribus partibus ad maritima loca de-
 « scenderet, non sermone tantum, sed etiam animo Græcus
 « erat. Et tunc nobis, in Asia forte degentibus, accidit ut ea-
 « dem appulsus ad loca, nobiscum aliquamdiu, simulque cum
 « aliis quibusdam philosophiæ studiosis, versaretur, eorum
 « sapientiæ experimentum faciens. Atque, ut cum plurimis
 « doctrina præstantibus familiariter vixerat, plus aliquanto
 « quam acciperet nobiscum ille communicabat. » Hæc di-
 xit Aristoteles apud Clearchum, et super hæc multam ac
 mirabilem Judæi viri in victu continentiam et castimoniam
 narrat. Licet autem volentibus plus ex ipso libro co-
 gnoscere: mihi enim cautum est ne plura quam sufficiat ad-
 jiciam. Et Clearchus quidem ex digressionem ista dixit
 (aliud enim ipsi propositum erat), nostri generis ad hunc
 modum mentione facta. Hecateus autem Abderita, vir
 non modo philosophus, sed etiam rebus gerendis aptissi-
 mus, Alexandri regis æqualis, cum quo etiam floruit, et
 postea cum Ptolemæo Lagi conversatus est, non obiter,
- B. J. II, 21, 3 sqq.* Tiberienses et Tarichæatas defectionem molientes, alio stratagemate ad obedientiam regigit, *V. J. 31 sqq.* *B. J. II, 21, 8 sqq.* Gamalitis, qui ab Agrippa rege defecerant, auxilium mittit, *V. J. 37.* Simonis Gamal. et Amani factio Joannis Levi artibus eo perducitur ut Josepho præfecturam abroget, *V. J. 38 sqq.* *B. J. II, 21, 7.* Josephus Galilæorum precibus motus in præfectura manet et exercitum cogit, simulans sibi bellum gerendum esse cum Placido, *V. J. 42 sq.* Insidias a legatis factionis Simonis et Joanne Levi sibi structas irritas reddit, *44 sqq.* Præclarum Galilæorum de Josepho testimonium, *50.* Legatos Hierosolyma mittit, qui ipsius inimicos apud populum accusent, *52.* Jonathas ejusque socii cum Tiberiensibus Josepho necem machinantur; vix e vitæ periculo evadit, *53 sqq.* Galilææ præfectura a primoribus Hierosol. ei confirmatur, *60.* Jonatham et Ananiam, novas insidias parantes capit, *62.* Tiberiadem expugnat, *62. sqq.* Joannis Levi militum pterosque ad suas partes pertrahit, *66.* Sepphorin in potestatem suam redigit, *67.* Tiberiensium saluti consulit, *68.* Quum Sepphoritæ Romanos in urbem suam recepissent, Josephus eam iterum oppugnat; sed re infecta discedit, *71.* Cum Agrippæ exercitu prælio congregitur *72 sq.* Sepphoritas denuo frustra aggreditur, *B. J. III, 4. 1.* Quum Vespasianus in Galilæam venisset, Josephus a suis desertus Tiberiadem confugit, *B. J. III, 6, 3.* De belli successu desperat, sed omni vi patriam defendere statuit, *B. J. 7, 2.* Jopata se confert, *B. J. 7, 3.* In hac urbe a Romanis obsessus fortiter resistit multaque contra eos stratagemata adhibet, *B. J. 7, 4 — 35.* Urbe a Romanis capta in specu delitescit; a muliere proditur, *B. J. 8, 1. sqq.* Ad Vespasianum adducitur; Titi erga eum clementia, *8, 8.* Vespasiano imperium vaticinatur, *8, 9.* Cæsarienses postulant ut de eo supplicium sumatur, *B. J. 9, 1.* Hierosolymitani eum lugent ut inortuum, mox vero de ejus captivitate certiores facti ei maledicunt, *9, 5 sq.* Vinculis solvitur, *B. J. IV, 10, 7.* *V. J. 75.* Hierosolymitanos a Tito obsessos ad deditionem hortatur, *B. J. V, 9, 3. sq.* Lapide percutitur a seditiosis, *13, 8.* Josephi mater eum ut mortuum luget, *ibid.* Iterum ad deditionem hortatur, *VI, 2, 1 sqq.; 7, 2.* Post Hierosolym. expugnationem multos captivos liberat, *V. J. 75.* A Tito predia accipit in Judæa, Romam profectus a Vespasiano multis muneribus donatur magnoque in honore apud eum est, *ibid.* A Jonatha quodam falso conjurationis apud Vespas. accusatur, *B. J. VII, 11, 3. V. J. 76.* Defuncto Vespasiano a Tito et post ejus mortem a Domitiano valde honoratur, *V. J. 76.* Ejus uxores et liberi, *V. J. 75, 76, 1.* — Agrippæ regis ad Josephum epistolæ, *V. J. 65.* — Josephus in literis Hebraicis et Græcis versatissimus, *A. J. XX, 11, 2.* Sed non assequutus est exquisitam linguæ Græcæ pronuntiationem, *ibid.* Judæorum res gestas Romæ literis mandavit, *C. A. I, 9.* Sibi proposuit sine ira ac studio res narrare, *A. J. VIII, 2, 8. XVI, 7, 1; XX, 8, 3. V. J. 65. C. A. I, 9 sq.* — Historiam belli Jud. ante Antiquitates scripsit, *A. J. I. pr. 1.* Vespasiani, Titi et Agrippæ testimonia de veritate historiæ belli Jud. a Josepho conscriptæ, *V. J. 70. C. A. I, 9.* — Quo consilio Antiquitates Jud. scripserit, *A. J. I, pr. 1 sqq. XX, 11, 12.* Judæorum libros sacros in Antiquitatibus græce reddidit, *A. J. X, 10, 6.* Quando hoc opus ad finem perduxerit, *A. J. XX, 11, 2.* — Quid sibi proposuerit in scribendo libro de antiquitate Judæorum contra Apionem, *C. A. I, 1.* — Promittit librum de Deo ejusque substantia et alium de legibus, *A. J. XX, 11, 2; cf. A. J. III, 5, 6; 8, 10; IV, 8, 4. C. A. I, 9.*
- Josias*, rex Judæorum, Amosi fil., *A. J. X, 4, 1.* Ejus pietas, *ibid.* Sacros libros Moysis in templo repertos publice recitandos curat, *4, 2 et 3.* Idolorum cultum funditus delet, *4, 4 et 5.* Nechaonem, regem Ægypti, prohibere conatur ab expeditione per ipsius fines facienda; in prælio cum eo commisso sagitta ictus moritur, *5, 1.* Regnavit annos triginta et unum, *ibid.*
- Josua*, *V. J. Jesus Naveni f.*
- Josua*, Siae f., pontifex creatur ab Archelao ethnarcha, *A. J. XVIII, 13, 1.*
- Josubacus*, Abrami f., *A. J. I, 15.*
- Jotapata*, urbs Galil. Ejus situs describitur, *B. J. III, 7, 7.* A Josepho munitur, *II, 20, 6.* A Placido frustra oppugnatur, *B. J. III, 6, 1.* A Vespasiano obsidetur; Jotapatensi duce Flavio Josepho, diu fortiter resistunt; tandem urbs capitur et deletur, *7, 4 sqq.* Urbis situs, *7, 7.*
- Jotape*, Sampsigerami Emesorum regis filia Aristobulo Aristobuli filio nubit, *A. J. XVIII, 5, 4.*
- Jotape*, Aristobuli filia ex Jotape, *A. J. XVIII, 5, 4.*
- Jotape*, Antiochi Commagenorum regis f., Alexandro Tigranis filio nubit, *A. J. XVIII, 4, 5.*
- Jothamus*, Boccia f., *A. J. XVIII, 1, 3.*
- Jothamus*, rex Judæorum, Ozia fil., vivo adhuc patre regnum suscipit, *A. J. IX, 10, 4.* Rempublicam optime gerit, Ammanitis tributum imperat, *11, 2.* Regnat annos quadraginta et unum, *12, 1.*
- Jothamus*, Jueli f., pontifex maximus, *A. J. X, 8, 6.*
- Jothorus*, Madianita, Moysis soror; ejus posteris terra tribuitur in Palæstina, *A. J. V, 2, 3.*
- Jovanus*, Japhethæ f., *A. J. I, 6, 1.* Ab eo Græci originem trahunt, *ibid.*
- Jozarus*, pontifex constituitur ab Herode M. in locum Matthiæ, *A. J. XVII, 6, 4.*
- Jozarus*, Flav. Josephi collega in administranda Galilæa, *V. J. 7.*
- Jozarus*, sacerdos, cum tribus aliis Judæis a Simonis et Anani factione contra Flav. Josephum, Galilææ præf. missus, multas ei struit insidias, *V. J. 39 sqq.*
- Ipa* (?) urbs Palæst., *A. J. VIII, 10, 1.*
- Iraes*, Juctæ f., *A. J. I, 6, 4.*
- Ireneus*, Herodis Antipæ procurator, vir eloquentissimus, *A. J. XVII, 9, 4. B. J. II, 2, 3.*
- Isaacus*, (Isacus) Abrami f. ex Sarra, circumciditur, *A. J. I, 12, 2.* A patre Deo offertur pro victima, sed Deus ei parcat, *13.* Rebeccam Bathueli fil. ducit uxorem, *16.* Ex ea procreat Esavum et Jacobum, *18, 1.* Dei jussu Gadara se confert, *18, 2 sq.* Pro Esavo preces facere volens fallitur a Jacobo, *18, 4 sqq.* Moritur Chebrone, *22.*
- Isamachus*, pater Eliabi, *A. J. III, 6, 1.*
- Isana*, urbs Palæst., *A. J. VIII, 11, 3.*
- Isanæ*, vicus Palæst., *A. J. XIV, 15, 12.*
- Isara*, urbs Palæst., *A. J. VIII, 15, 4.*
- Isidis* sacra fœdantur, *A. J. XVIII, 3, 4.* Tiberii jussu Isidis sacerdotes cruci affiguntur ejusque templum evertitur, *ibid. Cf. C. A. I, 32.*
- Ismaelus*, Abrami f. ex Agara, *A. J. I, 10, 4.* Cum matre Abrami domo expellitur; dei angelus ejus salutem prospicit, *12, 3.* Mulierem Ægyptiam ducit uxorem, ex qua duodecim liberos suscipit, *12, 4.*
- Ismaelus*, Judæus ex stirpe regia quum Hierosolyma a Babylonis obsiderentur, ad Baalem Ammanitarum regem confugit, *A. J. X, 9, 2.* Godoliam omnesque Masphatenses interimit, *9, 4.*
- Ismaelus*, Phabi fil., pontifex, *A. J. XVIII, 2, 2; XX, 8, 8. B. J. VI, 2, 2.* Ab Hierosolymorum proceribus Romam mittitur, ut Agrippam regem apud Neronem accuset, *A. J. XX, 8, 11.* A Nerone obses retinetur, *ibid.*
- Israëla*, *V. Jesraela.*

Israelitæ. V. *Judæi*.

Israhelus. V. *Jacobus*.

Issacharis, Jacobi ex Lia f., A. J. I, 19, 8. Ejus filii quatuor, II, 7, 4. Issacharis tribus quamnam Palestinæ partem sortita sit, V, 1, 22.

Issares, Nephthalis f., A. J. II, 7, 4.

Ister, fluv. Germaniæ, B. J. II, 16, 4; VII, 4, 3.

Istobus, Ammanitis opem fert contra Judæos, A. J. VII, 6, 1.

Isuis, Aseri f., A. J. II, 7, 4.

Isus, Aseri f., A. J. II, 7, 4.

Isus, Jorami f., pontifex maximus, A. J. X, 8, 6.

Itabyrium, mons Galil., describitur, B. J. IV, 1, 8. A Flavio Josepho munitur, II, 20, 6. V. J. 37. Cf. A. J. V, 1, 22; XIII, 15, 4.

Ithamarus, Aaronis f., A. J. XIII, 8, 1. Sub regno Solomonis dignitas sacerdotialis ab ejus familia ad Phineesis stirpem transit, A. J. VIII, 1, 3; cf. VIII, 14, 7.

Ithobalus, Tyrionum et Sidoniorum rex, A. J. VIII, 13, 1. Quid Menander de eo referat, 13, 2. Cf. IX, 6, 6. C. A. I, 18; 21.

Ituræa, regio Palestinæ. Ituræi ab Aristobulo Judæorum rege debellantur. A. J. XIII, 11, 3. Ab eodem circumcisionem admittere coguntur, *ibid*.

Jubalus, Lamechi f., A. J. I, 2, 2.

Jubas, rex Libyæ, Glaphyræ Achelai regis Cappadociæ filiam in matrimonium ducit, A. J. XVII, 13, 4. B. J. II, 7, 4.

Jubiterus annus. V. *Jobelus*.

Juctas, Ueberi f., A. J. I, 6, 4.

Jucundus, Herodis satelles, se ab Alexandro ad Herodem interficiendum conductum esse fatetur, A. J. XVI, 10, 3.

Judæci, gens Æthiopica, originem trahunt a Judada, A. J. I, 6, 2.

Judadas, Regmi f., Judææ principis, A. J. I, 6, 2.

Judæa, *Judæi*. Judæa (i. e. tota terra Israelitica) describitur, B. J. III, 3, 1 sqq. A. J. V, 1 sqq. Olim Chananaea vocata, A. J. I, 6, 2. Judææ propriæ fines et natura, B. J. III, 3, 4 sq. In undecim toparchias dividitur, *ibid*. — Judæi ab initio Hebræi appellati ab Hebero Salas f., A. J. I, 6, 4. Israelitæ ab Israelo (Jacob) f., A. J. I, 20, 2. Judæi hoc nomine ab eo inde tempore vocabantur, quo e captivitate in patriam redierunt, quia tribus Judæ prima in eam pervenit, A. J. XI, 5, 7. — Abramus Judæorum gentis auctor e Mesopotamia in Chananaeam migrat eamque occupat, A. J. I, 7 sqq. V. *Abramus*, *Isaacus*, *Jacobus*. Judæi, fame in Palestina grassante, a Josepho invitati in Ægyptum con migrant, ubi præfectura Heliopolitana iis tribuitur incolenda, A. J. II, 7, 1 sqq. Num iidem qui apud Ægyptios Hycsos vocantur? C. A. I, 14. Judæos a leprosis in Ægyptum accitos esse ibique crudelissime in populum sæviisse, tradit Manetho, C. A. I, 26 sqq. Judæi ab Ægyptiis inhumaniter tractantur variisque laboribus atteruntur, A. J. II, 9, 1 sqq.; 13, 4 sqq. Lysimachus refert Judæos sub Bochori, Ægyptiorum rege, lepra et scabie afflictos partim in mare dejectos, partim in deserta deportatos esse, C. A. I, 34 sq. Ex Ægypto discedunt duce Moyse, A. J. II, 15 sq. cf. *Moyse*. Exodi tempus definitur, A. J. VIII, 3, 1. Apionis de exodo sententia, C. A. II, 2. Judæi seditionem movent contra Moysem, A. J. III, 1, 1 sqq. Amalecitas devincunt; ad Sinam montem perveniunt, 2, 1 sqq. In cohortes distribuuntur, 4, 1. Decem præcepta a Deo accipiunt, 5. Ad tabernaculum extruendum virum contribunt, 8, 2. Moyse iis leges dat, 8, 10, quarum nonnullas recensentur 9—13. A Moyse ad Chananaeam fines ducti, seditionem contra eum movent, 13—15. Moyse iis renuntiat, Deum contra eos iratum, facturum ut quadraginta annos in deserto morentur, eorum vero liberis Chananaeam traditurum esse, 15, 1. sqq. Invito Moyse Chananaeos aggressi clade afficiuntur, IV, 1. Core instigante, iterum contra Moysem et Aaronem seditionem movent, et nonnisi magnis a Deo miraculis editis conquiescunt, 2, 3 et 4. Ab Idumæorum finibus prohibiti, a Moyse per desertum ducuntur, 4. Sichonem et Ogen Amorrhæorum reges prælio devincunt, 5. Ex juvenibus multi a puellis Madianiticis corumpuntur et ad leges violandas perducuntur: hi aut gladio perimuntur aut peste pereunt, 6. Madianitas fugant eorumque terram occupant, 7, 1. Paulo ante mortem Moyse iis librum tradit leges et reipublicæ ordinationem continentem, 8, 3. Jesu duce Jordanem, per quem Deus viam aperit, transgressi, Hierichuntem capiunt omnesque incolas occidunt, excepta Rachaba, quæ bene de iis meruerat A. J. V, 1, 1—12. Infeliciter res gerunt contra Annitas, quum Acharus Deum sacrilegio offendisset; a Jesu lustrati, Annam evertunt, 1, 13—16. Totam fere Chananaeam occupant, exceptis urbibus firmiter munitis; terram tributum distribuunt, 1, 17—29. Post mortem Jesu usque ad Saulum regem *judices* plus quam quingentos annos rempublicam gerunt, A. J. XI, 4, 8. Judæi leges patrias violantes, magnas experiuntur calamitates, ortoque bello inter Benjamitas et ceteros Indæos, tota Benjaminis tribus præter viros sexcentos perimitur, A. J. V, 2. Subjungantur ab Assyriis, a Hothnielo liberantur, 3. A Moabitibus in servitutum redacti liberantur ab Elude, 4. A Chananeis deinde subacti, in libertatem vindicantur a Baraco et Debora, 5. A Madianitis duro imperio pressos liberat Gedeon, 6. Cum Ammanitis et Palæstinis bella gerunt varia fortuna, 7 sqq. Arca in Palæstinorum potestatem venit 11, 2. Palæstinos vincunt, duce Samuele, VI, 2. Samuclis filiis male se gerentibus in principatu, regem petunt, 3, 1 sqq. Saulus rex designatur a Samuele, 4, 1. Regnante Saulo Palæstinos, Amalecitas, Moabitas aliasque gentes finitimas devincunt, VI, 6 sqq. post Sauli mortem a Judæa tribu Davides, a reliquis tribubus Jebosthus rex creatur: exardescit bellum civile, VII, 1, 2 sqq. Jebostho occiso, Davides ab omnibus tribubus rex constituitur, 2, 4. Hierosolyma, quæ Jebusæ, gens Chananaea, incolabant, expugnant, annis quingentis quindecim postquam Jesus cum Chananeis bellum gerere cepit, 3, 1 sqq. Davide regnante, Palæstinos identidem vincunt magnamque eorum terræ partem in suam ditionem redigunt; Moabitibus annuum tributum imperant; Idumæam sibi subjiciunt; Syriam occupant, 5. Fame premuntur; paulo post pestilentia vexantur, 12 et 13. Davides populi censum habet: reperiantur nongenta milia hominum qui arma ferre possint, Benjamitis et Levitis non numeratis, 13, 1. In cohortes a Davide distribuuntur, 14, 8. Regnante Solomone neque bellis neque turbis distracti operam in agris colendis ponunt, VIII, 2, 3. Arcam in templum transferunt, 4, 1 sqq. Post Solomonis mortem Judæa et Benjaminis tribus Roboamum, ceteræ tribus Hieroboamum regem constituunt; itaque Judæa in duo regna dividitur, A. J. VIII, 8, 2 sqq. Ab hoc inde tempore Judæi a patria religione discedere ceperunt, quæ omnium eorum malorum causa exstilit, 8, 4. Vide nomina regum Judæ: *Roboamus*, *Asanus*, *Josaphatus*, *Joramus*, *Ochozias*, *Gotholias*, *Joasus*, *Anasias*, *Ozias*, *Jothamus*, *Achases*, *Ezeas*, *Manasses*, *Amosus*, *Josias*, *Joachazus*, *Joacimus*, *Joachimus*, *Sedecias*. — Reges Israelis, *Hieroboamus*, *Nadabius*, *Hasanes*, *Elanus*, *Zamares*, *Amarinus*, *Thamneus*, *Achabus*, II, *Ochozias*, *Joramus*, *Jehus*, *Jorzus*, *Hieroboamus*, *Zacharias*, *Seltimus*, *Manæmus*, *Phaceas*, *Pha-*

ceas, Oseas. Regnum Israelis a Salmanassare Assyriorum rege exstinguitur, Israelitae in Median et Persiam transferuntur: in eorum locum substituuntur Chuthaei, *A. J.* IX, 14, 1. Regnum Judae evertitur a Nabuchodonosoro; Judaei melioris sortis cum ipso rege Sedecia in Babyloniam captivi abducuntur, X, 8. Pauperes in Judaea relictii circa Maspham urbem sedes figunt iisque Godolias praeficitur; post Godoliae interitum in Egyptum migrant, inde vero et ipsi a Nabuchodonosoro in Babyloniam abducuntur, 9. A Cyro Persarum rege veniam impetrant redeundi in patriam, XI, 1, 1 sqq. Multi in Babyloniam remanent, 1, 3. Urbem et templum instaurare coeperunt, sed Cyro mortuo, a Cambyse prohibentur ne hac in re pergant, 2, 1 et 2. Darius, instigante Zorobabelo, in urbe temploque instaurandis magnam ponit operam, 3, 7 sqq. Quinam Babylone cum Zorobabelo Hierosolyma redierint, 3, 10. Samaritae templi aedificationem impedire student, sed frustra, 4, 3. sqq. Templo absoluto solempne Pascha celebratur, 4, 8. Optimates rempublicam gerunt, *ibid.* Sub regno Xerxis Esdras connubium cum mulieribus peregrinis abolet, 5, 3 sqq. A gentibus finitimis urbis metna diruuntur, quae Neemias reficit, 5, 6 sqq. Sub regno Artaxerxis I, Amane Iolam Judaeorum gentem exstinguere moliente, Mardochei et Estheris opera servantur; in hujus rei memoriam dies Phururos celebrant, 6, 5 sqq. Adversarios ulciscendi ab Artaxerxe veniam impetrant, 6, 13. Alexandro M. se subijciunt ab eoque privilegia impetrant, 8, 4, sqq. Ptolemaeus Lagi urbem capit multosque Judaeos in Egyptum deportat; contentiones inter Judaeos et Samaritas, XII, 1. Qui in Egyptum deportati sunt captivi manumittuntur a Ptolemaeo Philadelpho, 2, 2 sqq. Antiochus Magnus, occupata Judaea, Judaeorum erga se studium remuneratur, 3, 3. Ptolemaeus Epiph. Judaeam dotis nomine ab Antiocho M. accipit, 4, 1. Ab Antiocho Epiphane coguntur patrium cultum patriosque mores relinquere, 5. 4. Maccabaei regis mandata contemnunt magnamque manum circa se colligunt, 6. Sub Juda Maccab. Judaei libertatem suam contra Syriae reges egregie defendunt, 7 — 11. Fœdus cum Romanis ineunt, 10, 6. Sub Jonathan Syrorum reges Judaeorum gratiam sibi conciliare student, XIII, 2, sqq. Fœdus cum Romanis renovatur, 5, 8; 7, 3; 9, 2. Simone principatum tenente, Judaei magna fruuntur felicitate, gentesque finitimas debellant, 6, 6. Judaeorum res admodum secundae ac florentes sub Hyrcano, 10, 1. Aristobulus, Hyrcani fil. principatum in regnum commutat, *A. J.* 11, 1. *B. J.* 1, 3, 1. Contra Alexandrum Jannaeum, qui Aristobulo succedit, saepius seditionem movent, *A. J.* 13, 5; 14. *B. J.* 4, 3 sqq. Regni fines sub Alexandro Jannaeo, *A. J.* 15, 3. Post Alexandri mortem regnum suscipit Alexandra, ejus uxor; haec omnia Pharisaïs gerenda permittit, qui magna sunt apud populum auctoritate, *A. J.* 16, 1 sq. *B. J.* 5, 3. Aristobulus et Hyrcanus, Alexandri filii, de regno disceptantes, causam suam ad Pompejum deferunt, *A. J.* XIV, 1 sqq. *B. J.* 1, 6, 1 sqq. Pompejus, captis Hierosolymis, regiam dignitatem abolet, Judaeis tributum imponit multasque eorum urbes Syriae provinciae attribuit, *A. J.* 4, *B. J.* 7. Gabinus quinque syndria constituit populumque in totidem partes dividit; Judaei reguntur ab optimatibus, *A. J.* XIV, 5, 4. *B. J.* 1, 8, 5. Caesari in Egypto bellum gerenti auxilium ferunt, *A. J.* 8, *B. J.* 9, 3 sqq. Decreta in Judaeorum gratiam facta a Romanis aliisque populis, *A. J.* 10. Valex vexantur a Cassio, *A. J.* 11, 2 sq. *B. J.* 11, 1 sq. M. Antonius iis restituit quae Cassius iis eripuerat, *A. J.* 12, 2 sqq. Longa de regno contentio inter Herodem M. et Antigonum Aristob. filium, *A. J.* 13 sqq. *B. J.* 12 sqq. Anti-

gono superato Herodes regnum suscipit, *A. J.* XV, 1. Jussu Antonii Herodes Judaeam partem Cleopatrae cedit, *A. J.* XV, 4, 1. *B. J.* 1, 18, 5. Judaea magno terrae motu vastatur, *A. J.* 5, 2. *B. J.* 19, 3. Herodes ab Octaviano eam Judaeam partem recuperat quam jussu Antonii Cleopatrae dederat, *A. J.* XV, 7, 3. Trachonitis, Batanaea, Auranitis et Zenodori tetrachia Herodis regno ab Octaviano adduntur, *A. J.* XV, 10, 1 sqq. *B. J.* 1, 20, 4. Post Herodis mortem, Archelao et Antipa Romae de regno disceptantibus, Judaea plena est turbarum; seditiones compe-scuntur a Quinct. Varo, Syriae praefecto, *A. J.* XVII, 10. *B. J.* 11, 3 sqq. Judaei legatos mittunt ad Caesarem Octav., qui ab eo petant, ut regum dominatu ipsos liberet, *A. J.* 11, 2. *B. J.* 6, 2. Caesar Octav. Archelauum constituit ethnar-cham eique Judaeam, Samariam et Idumaeam tribuit, Philippum vero et Antipam tetrarchas facit, huic Peraeam et Galileam, illi Batanaeam Auranitidem, Trachonitidem et Zenodori terrae partem assignans, *A. J.* 11, 4. *B. J.* 6, 3. Archelao regno dejecto, Caesar ejus ethnararchiam Syriae provinciae adjicit, *A. J.* 13, 5. *B. J.* 8, 1. Tiberius, post Philippi mortem ejus tetrarchiam Syriae adjicit, *A. J.* XVIII, 4, 6. Caius vero Caligula Agrippam Aristobuli fil. Philippi tetrarchiae regem facit, *A. J.* XVIII, 6, 10. *B. J.* 11, 9, 5. Judaei nolunt Caligulae statuam in dei templo erigere, *A. J.* XVIII, 8, 2 sqq. Claudius Caesar Agrippae regno addit Judaeam, Samariam, Libanum montem et Abilam urbem, *A. J.* XIX, 5, 1. *B. J.* 11, 11, 5. Claudius Judaeis per totum imperium Romanum permittit, ut moribus suis atque institutis utantur, *A. J.* 5, 2. Post Agrippae mortem Cu-pius Fadus mittitur, qui totius Judaeae res administret, *A. J.* 9, 2. Lis inter Samaritas et Galilaeos quibus Judaei auxiliantur, *A. J.* XX, 6. *B. J.* 11, 12, 3. Claudius Agrippae, Agrippae M. fil., Philippi tetrarchiam tribuit, *A. J.* 7, 1. *B. J.* 12, 8. Nero ejus regno addit partem Galilaeae et Perrae, *A. J.* 8, 4. *B. J.* 13, 2. Tota Judaea tum temporis latronum, impostorum et hominum seditiosorum plena, *A. J.* 8, 5 sqq. *B. J.* 13, 2 sqq. Flori procuratoris sevitia Judaeos ad defectionem a Romanis adigit; belli Judaici initium, *B. J.* 11, 14 sq. Judaeorum ubique gentium calamitates et caedes, 18. Cestius Gallus Syriae praefectus ad reprimendam seditionem in Judaeam venit, sed post acceptam apud Bethoron cladem et irritam urbis et templi obsidionem se recipit, 19. Judaei tum urbis et provinciarum praefectos bellicque duces constituunt, 20, 3 sq. Vespasianus cum exercitu a Nerone mittitur contra Judaeos, *B. J.* 11, 1, 2 sq. Vespasianus Galileam occupat, III, 2—10, IV, 1. Intestina dissidia et seditiones in Judaea, IV, 3, 2. Hierosolymis zelotae in cives saviunt, 4 et 5. Peraea, Idumaea magnaue pars Judaeae a Romanis subiguntur, 7—9. Quum Vespasianus imperator creatus esset, ejus fil. Titus bellum cum Judaeis persequitur, 11, 5. Hierosolyma post longam obsidionem a Tito capiuntur et funditus evertuntur, V, 1—VII, 1. *V. Hierosolyma, Titus.* Vespasianus omnem Judaeam terram vendi jubet et Judaeis, ubicunque degant, tributum indicit, 6, 6. Macherus, Herodium, et Masada castella a Romanis capiuntur; finis belli Judaici, 6, 1 sqq.; 8, 1—10, 1. — Admirabilis inter Judaeos de rebus summis consensio, *C. A.* 11, 19. Dei quae sit natura ex Judaeorum sententia, *C. A.* 11, 16; 22. Eorum libri sacri viginti duo, *C. A.* 1, 8. — Judaeorum leges omnium optime, *C. A.* 11, 38, 41. Earum indoles, 11, 14; 16 sqq.; 41. Severiores sunt quam quae apud alios populos valent, 11, 32. Multi eas imitati sunt, 11, 39. Judaei legibus accuratissime instituuntur, 11, 18. Omnia pati malunt quicquidquam contra leges facere, 1, 22. — Magistratus septem in qualibet Judaeorum urbe, quorum duo e tribu

Levitica, A. J. IV, 8, 4. — Judaeorum temperantia, fortitudo, sapientia, C. A. I, 22. Apud Judaeos illiberale est aliarum gentium linguas ediscere, A. J. XX, 11, 2. Circumcisio ab Abramo instituta, A. J. I, 10, 5; cf. VIII, 10, 3. De Judaeorum juramentis Apionis mendacia, C. A. II, 10. — Judaei admodum sero in Graecorum notitiam venerunt, C. A. I, 12. Graecorum de iis testimonia, I, 22. Cur odio sint Aegyptiis, I, 24. Judaei per totum orbem terrarum dispersi sunt, A. J. XIV, 7, 2. B. J. II, 16, 4. Cf. *Alexandria, Antiochia, Babylonia, Creta, Cyrene, Damascus, Ionia, Melas, Roma, Syria.*

Judaicum bellum, quando initium cepit; ejus causae, B. J. II, 14 sqq. Cf. *Judaea, Hierosolyma, Vespasianus, Titus.*

Judas, Jacobi ex Lia f. A. J. I, 19, 8. Fratribus consilium dat ut Josephum vendant, II, 3, 3. Jacobi filiorum vehementissimus et audacissimus, 6, 5; cf. 6, 8. Ejus filii tres, 7, 4. — Judaei tribus quamnam Judaeae partem sortita sit, V, 1, 22. Post Sauli mortem Davidem creat regem, qua re bellum civile conflagrat, VII, 1, 2 sqq. Tribulium numerus sub regno Davidis, VII, 13, 1.

Judas, Aminadab f., A. J. XI, 4, 2.

Judas, pontifex, A. J. XI, 7, 1.

Judas Maccabaeus, Mattathiae fil., patre defuncto, rerum administrationem suscipit, A. J. XII, 6, 4. Apollonium, deinde Seronem vincit, 7, 1. Exercitum a Lysia contra ipsum missum fundit, 7, 3 et 1. Lysiam cum magno exercitu advenientem propulsat, 7, 5. Hierosolyma contendit, templum lustrat et instaurat, suetasque hostias offert, 7, 6. Luminum festum instituit, 7, 7. Gentes finitimas subigit, 8. Arcem Hierosolymorum oppugnat, 6, 3. Cum Antiocho Eupatore congreditur; Hierosolyma se recipit, 9, 4 et 5. Cum Antiocho pacem componit, 9, 6. Barchides a Demetrio missus ei insidias struit, 10, 2. Cum Alcimo pontifice de principatu contendit, 10, 3. A Nicanore victus Hierosolyma fugit, 10, 4. Nicanorem superat, 10, 5. Pontificatum obit, 10, 6. Cum Romanis societatem jungit, *ibid.* In praefio cum Barchide commisso cadit, 11, 2. — Cf. B. J. I, 1, 4 sqq.

Judas, Esseus, vates; ejus vaticinium de Antigoni morte, A. J. XIII, 11, 2. B. J. I, 3, 5.

Judas, Chapsai f., A. J. XIII, 5, 7.

Judas, Ezechiae latronis fil., post Herodis M. mortem multa latrocinia exercet, quin etiam regnum affectat, B. J. II, 4, 1. A. J. XVII, 10, 5.

Judas, Sariphaei fil., legum interpretis praestantissimus, juventutem concitat in Herodem M., aquilamque auream templi porta dejici jubet, A. J. XVII, 6, 2 sq. B. J. I, 33, 3. Vivus crematur, A. J. 6, 4. B. J. 33, 4.

Judas, Galilaeus (Gaulanita) Judaeos hortatur ut a Romanis deficiant, A. J. XVIII, 1, 1. B. J. 8, 1. Novae philosophorum sectae princeps est, quae in plerisque rebus cum Phariseis consentit, sed in eo ab iis differt, quod ante omnia libertatem esse tuendam statuit, A. J. I, 1, 1, 6. B. J. 8, 6.

Judas, Jonathae f., Judaeus nobilis, B. J. II, 21, 7.

Judas, Chelciae f., Eleazari socius, B. J. V, 1, 2.

Judas, Judae f., unus e seditiosorum Hieros. praefectis ob prodicionem a Simone necatur, B. J. V, 13, 2.

Judas. Ari f., Judaeus fortitudine excellens, B. J. VI, 1, 8; VII, 6, 5.

Judas, Merlonis f., Judaeus, fortiter se gerit contra Romanos, B. J. VI, 1, 8; 2, 5.

Judas, Flav. Josephi collega in administranda Galilaea, V. J. 7.

Judices, etiam *μωσάρχοι* dicti, plus quingentis annis apud

Judaeos imperium tenebant, A. J. XI, 4, 8. Cf. IV, 8, 14. Judices apud Tyrios, C. A. I, 21.

Juelus, Sudea fil., summus pontifex, A. J. X, 8, 6.

Julia (Livia) Caesaris Augusti uxor Herodi M. multa dona mittit, A. J. XVI, 5, 1. Salomae Herodis sorori suadet ut fratri obsequia nubat Alexae, A. J. XVII, 1, 1. B. J. I, 28, 6. Herodes magnam pecuniae vim ei legat, A. J. XVII, 6, 1; 8, 1. B. J. 32, 7; 33, 8. Salome ei Jamniam, Phasaelidem et Archelaidem legat, A. J. XVIII, 2, 2. B. J. II, 9, 1.

Julia, Caligulae soror, M. Minuciani uxor, A. J. XIX, 4, 3.

Julianus, Bithynius, vir fortissimus, B. J. VI, 1, 8.

Julias (Livias), urbs Perae ab Herode Antipata ita vocata in honorem Juliae Augusti uxoris; prius dicebatur Betharamphtha, A. J. XVIII, 2, 1. B. J. II, 9, 1. A Nerone Agrippae juniori datur, A. J. XX, 8, 4. A Romanis capitur, B. J. IV, 7, 6.

Julias, urbs Galil. ad lacum Genezareth, a Philippo ita appellata in honorem Juliae Augusti filiae; prius dicebatur Bethsaida, A. J. XVIII, 2, 1. B. J. II, 9, 1; III, 10, 7. V. J. 71.

Julius, leg. Roman. dux, A. J. XV, 3, 7.

Juno Argiva, B. J. I, 21, 7.

Jupiter Enyalus, A. J. I, 4, 3. Jovis Hellenii templum in monte Garizin, A. J. XII, 5, 5. Jovis Casii templum in Aegypto, B. J. IV, 11, 5. Jovis Victoris et Jovis Capitolini templa in Roma urbe, A. J. XIX, 4, 3. B. J. VII, 5, 6. — Jupiter Olympius, opus Phidiae, A. J. XIX, 1, 1. B. J. I, 21, 7.

Justus, Pisti f., Tiberiensis, rebus novis studet; ejus indoles atque ingenium, V. J. 9; 70. Contra Fl. Josephum Galil. praef. Tiberienses concitat, 17. Cf. 37. Ad Agrippam regem transit, 75. A Decapolitanis apud Vespasianum accusatus, ab hoc capitis damnatur; ab Agrippa vero, intercedente ejus sorore Berenice, servatur, 65; 74. Postea ab Agrippa propter maleficia varia identidem in vincula conjicitur et in exsilium agitur, 65. Scripsit historiam belli in Galilaea gesti mendaciorum plenam, 65. Quando eam ediderit, *ibid.*

Justus, Flav. Josephi f., V. J. 1; 76.

Iycari a Hiram Tyriorum rege subjecti, A. J. VIII, 5, 3.

Izarae, fons Palaest., A. J. 15, 6.

Izari (?) urbs (Jesraela), A. J. VIII, 13, 6.

Izates, Monobazi Adiabenorum regis ex Helena fil., ad Abennigerum mittitur, ejus filiam uxorem ducit, A. J. XX, 2, 1. Patri succedit, 2, 2. Religionem Judaicam amplectitur, 2, 3 sq. Hierosolymitanos fame laborantes sublevat, 2, 5. Artabanum Parthorum regem, regno pulsum benigne excipit; apud Parthos pro eo intercedit, 3, 1 sq. Ab Artabano magnis honoribus afficitur et regionem circa Nisibin dono accipit, 3, 3. Bardanes, Artabani successor, contra Itazem expeditionem facit, 3, 4. Regni primores, seditionem moventes, eorumque socium, regem Arabiae, caedit, 4, 1. A Vologese, Parthorum rege, bello petitur; Dei providentia servatur, 4, 2 sq. Moritur, successorem relinquens Monobazum fratrem, 4, 3. Sepelitur in pyramide prope Hierosolyma, *ibid.* Cf. B. J. VI, 6, 4.

L.

Labanus, Bathueli f., A. J. I, 6, 2; 16, 2. Jacobo Rebecam ipsius filiam in matrimonium petenti septem annorum servitutem imponit; septennio elapso fraudulententer Liam pro Rebecca substituit; post alterum septennium servitutis Rebecam ei nuptum dat, 19, 7. Jacobum cum

- uxoribus et parte gregum discedentem persequitur; Deo intercedente fœdus facit cum Jacobo, 19, 9 sqq.
- Labatha*, urbs Palæst., A. J. VII, 5, 5.
- Labimus*, Mestrami f., A. J. I, 6, 2.
- Labina*, regio Palæst., A. J. IX, 5, 1.
- Laborosoarchodus*, rex Babylonie, C. A. I, 20.
- Labosordachus*, rex Babylonie, A. J. X, 11, 2.
- Lacedæmonii* Judæorum cognati, A. J. XII, 4, 10 sq.; XIII, 5, 8. Amicitiam faciunt cum Judæis, *ibid.* Herodis M. in eos liberalitas. A Romanis subiguntur, B. J. II, 16, 4. — Lacedæmonii moribus docent non præceptis, C. A. II, 10. Peregrinos in rempublicam non admittunt, II, 36. Nuptias pegligunt, II, 37. Cum libertate etiam leges interierunt, II, 31.
- Lachis*, urbs Judææ, A. J. VIII, 10, 1.
- Lachisa*, urbs Judææ, A. J. IX, 9, 3.
- Lamechus*, Mathusalæ f., A. J. I, 2, 2; 3, 4.
- Laodice*, Galadenorum regina bellum cum Parthis gerit, A. J. XIII, 13, 4.
- Laodicea* maritima, urbs Syriæ; Herodis M. in Laodiceses liberalitas, B. J. I, 21, 11.
- Laodicenses*, a Romanis jubentur Judæos in ipsorum civitate habitantes benigne tractare, A. J. XIV, 10, 20.
- Larcus Lepidus*, decimæ legionis Rom. dux, B. J. VI, 4, 3.
- Lasthenes*, Cretensis, Demetrii amicus, A. J. XIII, 4, 3; 4, 9.
- Latopolis*, urbs Egypti, A. J. II, 15, 1.
- Latusimus*, Dadanis f., A. J. I, 15.
- Lebana*, urbs Judææ, A. J. X, 5, 2.
- Lemba*, urbs Moabitarum, A. J. XIII, 15, 4.
- Lemonia*, Romæ tribus, A. J. XIV, 10, 10.
- L. Lentulus*, consul Rom., ejus de Judæis Ephesiis decretum, A. J. XIV, 10, 13; 10, 16.
- Leontopolis*, urbs Egypti, A. J. XIII, 3, 1.
- Lepidus*, Minuciani amicus, a Caligula occiditur, A. J. XIX, 1, 3; 1, 8.
- Lesbus*, insula, A. J. XVI, 2, 2.
- Leuce*, saxum prope Masadam, castellum Judææ, A. J. VII, 8, 5.
- Levias*, Judæus nobilis, a Zelotis necatur, B. J. IV, 3, 4.
- Lert*, Jacobi ex Lia f., A. J. I, 19, 8. Cum Simyone fratre Dinam sororem a Sicheme stupratam ulciscitur, 21, 1. Ejus filii tres, II, 7, 4. — Levitæ, Judæorum tribus, Dei ministerio consecrati, militia immunes sunt; quadraginta octo urbes cum agris possident, et frugum decumam a populo accipiunt, A. J. IV, 4, 3; cf. III, 11, 1; 12, 4; IV, 8, 8; 8, 22; V, 1, 24. Bini in singulis urbibus magistratus e tribu Levitica eligendi, IV, 8, 14. Davides Levitas in classes distribuit iisque munera assignat, VII, 14, 7; cf. 12, 2.) Hieroboamo in regno suo vitularum cultum præscribente, Levitæ inde in Judæam migrant, VIII, 10, 1. Agrippa jun. iis, qui cantores sunt, permittit stolam lineam gestare, XX, 9, 8.
- Lex Judaica*, a septuaginta Judæis in linguam Græcam vertitur, A. J. XII, 2. Post expugnata Hierosolyma in triumpho portatur; deinde in palatio imperatoris reponitur, B. J. VII, 5, 7. — Cf. *Mosaicæ leges*.
- Lia*, Libani filia, patris fraude cum Jacobo matrimonio jungitur, A. J. I, 19, 7. Ejus liberi, 19, 8.
- Libanus*, mons Syriæ, A. J. III, 14, 1; V, 1, 22; 3, 1; VIII, 2, 3; 6, 3; XIII, 16, 5; XIX, 5, 1. B. J. I, 17, 3; III, 3, 5. V. J. 11.
- Liberalis*, centurio Rom., B. J. VI, 4, 7.
- Liberius Maximus*, Judææ procurator, B. J. VII, 6, 6.
- Libya*, nomen habet a Libye Mestrami f., A. J. I, 6, 2.
- Occupatur ab Ophire, I, 15. — Libya Pentapolitana, B. J. VII, 11, 1.
- Libyes*, a Judæis Phuti vocantur, A. J. I, 6, 2.
- Liternius Fronto*, legionum Alexandrinarum dux, B. J. VI, 4, 3; 9, 2.
- Livia*, V. Julia.
- Livias*, urbs Arabiæ, A. J. XIV, 1, 4.
- T. Livius*, de rebus a Pompejo gestis, A. J. XIV, 4, 3.
- Lollius*, cum Metello Damascus capit, A. J. XIV, 2, 3. B. J. I, 6, 2.
- Longinus*, tribunus militum, B. J. II, 19, 7.
- Longinus*, eques Rom., fortitudine conspicuus, B. J. V, 7, 3; VI, 3, 2.
- Lotus*, Arane f., ab Abramo adoptatur, A. J. I, 7, 1. Cum Abramo in Egyptum proficiscitur; inde in Chananeam reversus, planitiem ad Jordanem fluvium habitat, 8. Ab Assyriis in captivitatem abducitur, 9. Ab Abramo liberatur, 10, 2. De Sodomorum excidio a Deo præmonitus, inde discedit, 11, 4. Ejus uxor in statuam salinam convertitur, *ibid.* Cum filiabus concumbit, 11, 5.
- Lucius*, miles Roman., B. J. VI, 3, 2.
- Lucullus*, bellum gerit cum Mithridate, Armeniam depopulatur, A. J. XIII, 16, 4.
- Ludas*, Semæ f., Ludorum (Lydorum) auctor, A. J. I, 6, 4.
- Ludi*, V. *Lydi*.
- Ludi*, quinquennales ab Herode M. in honorem Caesaris Octav. instituti, A. J. XV, 8, 1. B. J. I, 21, 8. Ludi Palatini Romæ in Palatio celebrantur in honorem Caesaris Augusti, A. J. XIX, 1, 11. sq.
- Ludimius* (*Ludimus*), Mestrami f., A. J. I, 8, 2.
- Lugdunum*, urbs Galliæ; Herodes Antipas a Caligula co-relegatur, A. J. XVIII, 7, 2. B. J. II, 9, 6.
- Luminum festum*, A. J. XII, 7, 7. Ejus origo, *ibid.*
- Luomes*, Dadanis f., A. J. I, 15.
- Lupus* (*Julius*) tribunus militum Caligulæ uxorem et filiam interficit, A. J. XIX, 2, 4. Supplicio afficitur, 4, 5.
- Lupus*, Alexandria præfectus, Oniæ templum claudit, B. J. VII, 5, 2; 8, 4.
- Lychnuchus* sacer describitur, A. J. III, 6, 7.
- Lycii*, pop. Asiæ min.; Herodis M. in eos liberalitas, B. J. I, 21, 11. Cf. II, 16, 4.
- Lycurgus*, Lacedæmoniorum legislator, C. A. II, 15; 31.
- Lydi*, olim Ludi dicti, a Luda Semæ f., originem habent, A. J. I, 6, 4. Rebus novis student sub Antiocho M., XII, 4, 3.
- Lydia*, occupatur ab Alexandro M., A. J. XI, 8, 1.
- Lydda* (Diospolis), urbs Judææ, toparchiæ caput, B. J. III, 3, 5. Incolæ a Cassio in servitutem rediguntur, A. J. XIV, 11, 2. B. J. I, 11, 2. Urbs a Vespasiano capitur, B. J. IV, 8, 1. Cf. A. J. XIV, 10, 6; 15, 3; XX, 6, 2. B. J. I, 15, 6; II, 12, 6.
- Lysanias*, Ptolemæi Mennæi f., post patris obitum Chalcidis tyrannus, cum Antigono Aristobuli f. societatem init, A. J. XIV, 13, 3. B. J. I, 13, 1. Cleopatrarum insidiis necatur, A. J. XV, 4, 1. Lysanias tetrarchia a Zenodoro conducitur, A. J. XV, 10, 1. B. J. I, 20, 4.
- Lysias*, Antiochi Epiph. procurator, A. J. XII, 7, 2. Exercitus, quem contra Judam Maccab. mittit, funditur, 7, 3 et 4. Ipse magno cum exercitu eum aggressus propulsatur, 7, 5. Antiochum Eupatorem declarat regem, 9, 3. Cum Antiocho Eupat expeditionem facit contra Judæos, 9, 4 sq. Cum Judæis pacem componit, 9, 7. A Demetrio interficitur, 10, 1. Cf. XX, 11.
- Lysias*, Syriæ castellum, a Pompejo expugnatur, A. J. XIV, 3, 2.

Lysimachus, post mortem Alexandri M. Thraciam obtinet, *A. J.* XII, 1, 1.
Lysimachus, Apollodoti frater, Gazam urbem Alexandro Iannæo prodit, *A. J.* XIII, 13, 3.
Lysimachus, Pausaniæ f., ab Hyrcano Romam mittitur legatus, *A. J.* XIV, 10, 10; 12, 3.
Lysimachus, Judæus nobilis, ab Herode M. interficitur, *A. J.* XV, 7, 8.
Lysimachus, historicus, Judæorum detractor, laudatur, *C. A.* I, 34; 35; II, 2; 14.
Lyssa, urbs Arabiæ, *A. J.* XIV, 1, 4.

M.

Maathas, Baalis sacerdos, *A. J.* IX, 7, 4.
Mabortha, V. Neapolis.
Maccabæi, Judæorum principes; eorum historia, *A. J.* XII, 6.
Maccabæi, dicuntur etiam septem fratres, ab Antiocho Epiph. ad mortem cruciati; quod leges patrias violare nolebant, Maccabæis animi fortitudine similes, *M.* 8 sqq.
Maceda, (Machida) locus Palest., *A. J.* V, 1, 17.
Macedonia, post mortem Alexandri M. a Cassandro occupatur, *A. J.* XII, 1, 1.
Macedones, Persarum imperium evertunt, *A. J.* XI, 8.
Macedones a Romanis devicti, *B. J.* II, 16, 4.
Macedones, Epiphanis Commagene militibus, Macedonum more armati, *B. J.* V, 11, 3.
Machæras, Romanorum dux, a Ventidio Herodi auxilio missus mala fide agit, *A. J.* XIV, 15, 7. *B. J.* I, 16, 6.
Machærus, castellum in confinio Palestinæ et Arabiæ situm, *A. J.* XVIII, 5, 1. *B. J.* I, 8, 1. Ejus situs describitur *B. J.* VII, 6, 1. Primus locum munivit Alexander Judæorum rex, munitiones amplificavit Herodes, 6, 2. A Gabinio diruitur, *A. J.* XIV, 5, 4. *B. J.* I, 8, 5. Capitur a Judæis seditiosis, *B. J.* II, 18, 6. Capitur a Romanis post Hierosol. expugnationem, *B. J.* 6, 3 sqq. Cf. III, 3, 3.
Machama, Tholomæi Gessirorum regis filia, Davidis uxor, *A. J.* VII, 1, 4.
Nachana, Roboami uxor, *A. J.* VIII, 10, 1.
Machas, Nachoræ f., *A. J.* I, 6, 5.
Machirus, regionis Galaditidis princeps, *A. J.* VII, 9, 8. Cf. 5, 5.
Machma, urbs Palest., *A. J.* VI, 6, 1. XIII, 1, 6.
Machon, urbs Palest., *A. J.* VII, 5, 3.
Macro, militum prætorianorum sub Tiberio præfectus, *A. J.* XVIII, 6, 6; 7.
Macrones, pop. Ponti, *C. A.* I, 22.
Madæi, Græcis Medi dicuntur, *A. J.* I, 6, 1.
Madanes, Abrami f., *A. J.* I, 15.
Mades, Japhethæ f., Madæorum (Medorum) auctor, *A. J.* I, 6, 1.
Madiana, urbs Arab., *A. J.* II, 11, 1.
Madianes, Abrami f., *A. J.* I, 15.
Madianitæ, pop. Arab., Judæos ex Ægypto redeuntes a finibus suis arcere student, *A. J.* IV, 6. Devincuntur et caduntur a Judæis, 7, 1. Vincuntur a Gedeone, V, 6.
Mæcia, tribus Romæ, *A. J.* XIV, 10, 10.
Mæotis palus, *B. J.* VII, 7, 4.
Magedo (*Mageddo*, *Megiddo*), urbs Samar. in tribu Manassæ, a Solomone condita, *A. J.* VIII, 6, 1; IX, 6, 3.
Magus Campus, V. Campus.
Magogæ, (Scythæ) a Magog originem trahunt, *A. J.* I, 6, 1.
Magoges, Japhethæ f., Magogorum princeps, *A. J.* I, 6, 1.

Malachias, Judæus, fortiter se gerit contra Romanos, *B. J.* VI, 1, 8.
Malaelus, Cainæ f., *A. J.* I, 3, 4.
Malatha, castellum Idumææ, *A. J.* XVIII, 6, 2.
Malchus, Arabs, Antiochum Alexandri Balæ fil. educat; eum Diodoto tradit, *A. J.* XIII, 5, 1.
Malchus (*Malichus*), rex Arabiæ, Herodi patria prologo, quamquam beneficiis ab eo affectus, auxilium ferre recusat; cujus rei mox eum poenitet, *A. J.* XIV, 14, 1 sq. *B. J.* I, 14, 1 sq. Cf. *A. J.* XV, 6, 2.
Malchus, Arabs, Vespasiano mittit auxilium contra Judæos, *B. J.* III, 4, 2.
Malchus. Cf. *Cleodemus*.
Malithe (?) (*Maniathe*), urbs Perææ, *A. J.* V, 7, 10.
Malichus, unus ex Judæorum primoribus, ab Hyrcano mortis periculo eripitur, *A. J.* XIV, 5, 2; 11, 2. *B. J.* I, 8, 3; 11, 2. Antipatrum ex insidiis interficit, *A. J.* II, 2 sq. *B. J.* 11, 3 sq. Principatum affectat; ab Herode, Antipatri f., occiditur, *A. J.* II, 5. *B. J.* 11, 7 sq.
Malla, sive *Malle*, urbs Palest., *A. J.* XII, 8, 3.
Mallon, Elimelech f., *A. J.* V, 9, 1.
Malthace, Herodis M. uxor, *A. J.* XVII, 10, 1. *B. J.* I, 28, 4.
Mambre, illex Abrami, *A. J.* I, 11, 2.
Mambres, Abrami commilito, *A. J.* I, 10, 1.
Manachase, vestimentum sacerdotum, *A. J.* III, 7, 2.
Manæmus, Israelitarum rex, Phullo, Assyriorum regi, expeditionem contra ipsum facienti, missis mille talentis. persuadet ut recedat, *A. J.* IX, 11, 1. Regnavit decem annos, *ibid.*
Manæmus, Essenus ab Herode M. in honore habetur, *A. J.* XV, 10, 6.
Manæmus, (Manaimus), Judæ Galilæi fil., seditiosorum Hierosol. dux, *B. J.* II, 17, 8. Tyrannidem affectat; interficitur, 17, 9. *V. J.* 5.
Manalis, (quæ vox *Castra* significat), Jebosthi, Judæorum regis, regia, *A. J.* VII, 1, 3.
Manasses, Josephi f., ex Asemetha, *A. J.* II, 6, 1. Cum Ephraimo fratre inter Judæorum principes refertur, II, 8, 1; III, 12, 4. Manassæ tribus quamnam Palestinæ partem sortita sit, IV, 7, 3; V, 1, 22.
Manasses, Judæorum rex, Ezechiæ fil., initio regni sui impius et crudelis, *A. J.* X, 3, 1. A Babylonis, qui Judæam invadunt, in captivitatem abducitur; postea in regnum suum remittitur et optime rempublicam gerit, 3, 2.
Manasses, Jaddi frater, Sanaballetæ filiam ducit uxorem, *A. J.* XI, 7, 2. Id quod indigne fert populus, 8, 1. Templi in monte Garizin a Sanaball. exstructi pontifex constituitur, 8, 4.
Manasses, pontifex, *A. J.* XII, 4, 1.
Manasses, initio belli Jud. Perææ præficitur, *B. J.* II, 20, 4.
Mandra, locus Palest., *A. J.* X, 9, 5.
Manetho, genere Ægyptius, historiæ Ægyptiacæ scriptor, *C. A.* I, 14. Laudatur, *C. A.* I, 14; 26—32; II, 2. *A. J.* I, 3, 9. De ejus fide, *C. A.* I, 31; 33.
Maniathe, V. *Malithe*.
L. Manlius, *A. J.* XIII, 9, 2.
Manna, de celo demittitur, *A. J.* III, 1, 6. Quid vox significet, *ibid.*
Mannæus, Lazari f., *B. J.* V, 13, 7.
Manoches, Samsonis pater, *A. J.* V, 8, 2.
Maon, regio Palest., *A. J.* VI, 13, 2.
Mar, locus Arabiæ, *A. J.* III, 1, 1.
Maræothus, Jothani f., *A. J.* VIII, 1, 3.
Mararius, Levi f., *A. J.* II, 7, 4.

- C. Marcellus*, consul Rom., *A. J.* XIV, 10, 13.
Marcellus, procurator Judaeae, *A. J.* XVIII, 4, 2.
Marcus, Alexandri Lysinnachi, Alabarchae, f., *A. J.* XIX, 5, 1.
Mardocheus, Judaeorum dux, *A. J.* XI, 3, 10; 4, 8.
Mardochaeus, unus ex Judaeorum Babylone degentium primoribus, patruus Estheris, *A. J.* XI, 6, 2. Coniurationem in Artaxerxem regem detegit, 6, 4. In odium incurrit Amanis, qui omnes Judaeos perdere constituit, 6, 5. Estherem perducit ut Judaeorum patrocinium suscipiat, 6, 7. Amanes eum honorare cogitur, 6, 10. Amane supplicio affecto, muneribus et honoribus cumulat. 6, 12, et 13.
Maresa. V. Marissa.
Maria, femina nobilis, fame urgente filium suum comedit, *B. J.* VI, 3, 4.
Mariamne (Mariamne), Moysis soror, Ori (Uronis?) uxor, *A. J.* III, 2, 4; IV, 4, 6; cf. II, 9, 4.
Mariamne, Alexandri ex Alexandra filia, Herodi M. in matrimonium collocatur, *A. J.* XIV, 12, 1; 15, 14. *B. J.* I, 11, 5; 17, 8. Formae venustate insignis, *A. J.* XV, 2, 5 sq. Secretum de Mariamne mandatum, quod Herodes dedit Josepho avincolo suo, 3, 5 sq. In suspicionem adulterii venit, 3, 9. Iterum in adulterii suspicionem vocata necatur, 7, 1 sqq. Ejus indoles, 7, 4.
Mariamne, Simonis pontificis filia, Herodis M. uxor, *A. J.* XV, 9, 3. XVII, 1, 3. *B. J.* I, 28, 4. Ejus liberi, *ibid.* Ab Herode repudiatur, *A. J.* XVII, 4, 2. *B. J.* I, 30, 7.
Mariamne, Aristobuli filia ex Berenice, Herodis M. neptis, *B. J.* I, 28, 1.
Mariamne, Agrippae M. filia ex Cypro, *A. J.* XVIII, 5, 4. *B. J.* II, 11, 6. Nubit Archelao Chelcae fil., *A. J.* XIX, 9, 1; XX, 7, 1. Repudiato Archelao matrimonium init cum Demetrio Alexandrino, 7, 3.
Mariamne, Josephi filia ex Olympiade, Herodi Aristobuli filio nubit, *A. J.* XVIII, 5, 4.
Mariamne, Archelai ethnarchae uxor, ab eo repudiatur, *A. J.* XVII, 13, 4. *B. J.* II, 7, 4.
Mariamne, turris Hierosolymorum urbis, ab Herode exstructa, describitur, *B. J.* V, 4, 3. Cf. II, 17, 8. Post urbem expugnatam servatur, VII, 1, 1.
Marion, Tyrionum tyrannus Antigono regnum Judaeae occupare molienti auxilio est, ab Herode vincitur, *A. J.* XIV, 12, 1. *B. J.* I, 12, 2.
Maria, urbs Judaeae in tribu Judae, *A. J.* VIII, 12, 1. Ab Hyrcano capitur, *A. J.* XIII, 9, 1. A Pompejo Judaeis eripitur, XIV, 4, 4. A Gabinio instauratur, XIV, 5, 3. A Parthis evertitur, XIV, 13, 9. *B. J.* I, 13, 9. Cf. *A. J.* VIII, 10, 1; XII, 8, 6; XIV, 1, 4. *B. J.* I, 7, 7.
Marmaridae, pop. Africae, a Romanis subacti, *B. J.* II, 16, 4.
Marsuane, mensis anni secundus apud Judaeos, *A. J.* I, 3, 3.
Marsus, Syriae praefectus, succedit Petronio, *A. J.* XIX, 6, 4. Ejus inimicitiae cum Agrippa rege, 7, 1; 8, 1.
Marsyas Agrippae M. libertus, *A. J.* XVIII, 6, 3.
Maruelus, Jaredis f., *A. J.* I, 2, 2.
Marullus Judaeae procurator constituitur a Caio Caligula, *A. J.* XVIII, 6, 10.
Masada, castellum Judaeae; ejus situs et munimenta describuntur, *B. J.* VII, 8, 3 sq. Cf. 13, 7; 12, 1. Castellum a Jonatha pontifice exstructum, ab Herode M. amplificatum et munifus redditum est, *B. J.* VII, 8, 3. A sicariis occupatur, *B. J.* IV, 7, 2. Iis se adjungit Simon Giorae f., IV, 9, 3. Romani, reliqua Judaea jam subacta, Masadam obsident, *B. J.* VII, 8, 1; 8, 5 sqq. Sicarii ne in Romanorum manus incidant, Eleazari hortatu primum uxores et liberos, deinde se invicem interficiunt, 9, 1.
Masmas, Ismaeli f., *A. J.* I, 12, 4.
Masnaemphthes, tiara sacerdotum, *A. J.* III, 7, 3.
Maspha, urbs Palaest., ab Asano condita, *A. J.* VIII, 12, 4.
Masphate (Masphace), urbs Palaest., *A. J.* V, 7, 9; VI, 2, 1; 4, 3; X, 9, 2 sqq.
Massabazanes, vestimentum sacerdotum, *A. J.* III, 7, 1.
Massagetae, pop. Asiae, Cyri contra eos expeditio, *A. J.* XI, 2, 1.
Massamas, Ismaeli f., *A. J.* I, 12, 4.
Masses, Ismaeli f., *A. J.* I, 12, 4.
Mastheron angustiae, in Judaea, *A. J.* VI, 13, 4.
Matgenus, Tyrionum rex, *C. A.* I, 18.
Mathusalas, Maraeli f., *A. J.* I, 3, 2.
Mathusalas, Anochi f., *A. J.* I, 3, 4.
Mattathias, Joannis f., Maccabaeorum pater, *A. J.* XII, 7, 1. Antiochi Epiph. mandata contemnunt; in desertum se conferunt magnamque ubi Judaeorum manum circa se colligit, 7, 2. Ante mortem filios ad legem defendendam adhortatur, 7, 3. Cf. *B. J.* I, 1, 3.
Mattathias, Absalomi f., *A. J.* XIII, 5, 7.
Matthias, Theophili f., pontifex constituitur ab Herode, *A. J.* XVII, 4, 2. Mox pontificatum amittit, 6, 4.
Matthias, Margalothi (Margali) fil., legum interpres praestantissimus, juventutem concitat in Herodem M., *A. J.* XVII, 6, 2. *B. J.* I, 33, 3. Vivus crematur, *A. J.* 6, 4. *B. J.* 33, 4.
Matthias, Anani f., pontifex creatur ab Agrippa, *A. J.* XIX, 6, 4. Pontificatus ei abrogatur, 8, 2.
Matthias, Theophili fil., pontifex creatur ab Agrippa jun., *A. J.* XX, 9, 7.
Matthias, pontifex ab Hierosolymis mittitur ad Simonem Gior. in urbem accedendum, *B. J.* IV, 9, 11. A Simone postea necatur, V, 13, 1. Ejus elogium, *ibid.* Cf. VI, 2, 2.
Matthias, Simonis Pselli f., fil. Josephi atavus, *V. J.* I.
Matthias, cognominatus Gibbosus, Matthiae f., fil. Josephi atavus, *V. J.* I.
Matthias, Josephi f., Flavii Josephi pater, *V. J.* I, 40. Ejus elogium, 2. Hierosolymis a seditiosis in custodia tenetur, *B. J.* V, 13, 1.
Mauri, pop. Africae, a Romanis subacti, *B. J.* II, 16, 4.
Maxilla, locus Palaest., unde nomen habeat, *A. J.* V, 8, 9.
Mazaca, urbs Cappadociae, *A. J.* I, 6, 1.
Medaba, urbs Palaest., olim in Moabitarum ditione, *A. J.* XIII, 13, 4. Cf. XIII, 1, 2; 9, 1; XIV, 1, 4. *B. J.* I, 2, 6.
Medavi. V. Medi.
Medi, a Judaeis Medaei vocati, nomen habent a Made, Japhethae f., *A. J.* I, 6, 1. Cum Persis Babyloniorum imperium everunt, X, 11, 4.
Media vastatur ab Alanis, *B. J.* VII, 7, 4. In Median superiorem Damasceni a Theglaphalassare transferuntur, *A. J.* IX, 12, 13.
Meetr, tunica talaris pontificis maximi, *A. J.* III, 7, 4.
Megassarus, Judaeus fortissimus, *B. J.* V, 11, 5.
Megasthenes, rerum Indicarum scriptor de Nabuchodonosoro, *A. J.* X, 11, 1. *C. A.* I, 20.
Meirus, Belgae f., sacerdos, in flammis templi incensi se praecipitat, *B. J.* VI, 5, 1.

- Melaniborcas*, (Borcas niger) ventus vehementissimus, *B. J.* III, 9, 3.
- Melas* ab Archelao, rege Cappadociae, legatus mittitur ad Herodem M., *A. J.* XVI, 10, 6.
- Melcha*, Aramis filia, Nachoræ uxor, *A. J.* I, 6, 5.
- Melchisedecus*, Solymorum (Hierosolymorum) urbis rex, Abramum benigne excipit, *A. J.* I, 10, 2. Solyma condidit (?) ibique templum extruxit, *B. J.* VI, 10.
- Melchisus*, Sauli f., *A. J.* VI, 6, 6. In prælio cum Palæstinis commisso cadit, 14, 1.
- Melitene*, regio in confinio Armeniæ et Cappadociae sita, *B. J.* VII, 1, 3.
- Melus insula*; Judæi Melii a Pseudalexandro decipiuntur, *A. J.* XVII, 12. *B. J.* II, 7.
- Memmius Regulus* a Caligula iubetur Jovem Olympium Romam transferre, *A. J.* XIX, 1, 1.
- Memnon*, Orestidæ f., sacerdos Halicarn., *A. J.* XIV, 10, 23.
- Memnonis monumentum* in Phœnicia ad Belum fluv. situm, *B. J.* II, 10, 2.
- Memphibostus*, Jonathæ f., magno in honore habetur apud Davidem, *A. J.* VII, 5, 5. Cf. 9, 3; 11, 3; 12, 1.
- Memphis*, urbs Ægypti, *A. J.* XII, 4, 3; 5, 3. *B. J.* IV, 9, 7; VII, 10, 3. *C. A.* I, 14.
- Menander* Ephesius Græcorum et barbarorum res gestas scripsit, *C. A.* I, 18. Quid tradat de Tyrionum regibus, *ibid.* Cf. *A. J.* VIII, 5, 3; 13, 2; IX, 14, 2.
- Mende*, urbs Palæst., X, 5, 1.
- Mendesius nomos*, in Ægypto, *B. J.* IV, 11, 5.
- Menedemus*, philosophus, de Dei providentia, *A. J.* XII, 2, 12.
- Menenia*, Romæ tribus, *A. J.* XIV, 10, 10.
- Menelaus*, V. *Onias*.
- Memphilus*, prytanis Ephesiorum, *A. J.* XIV, 10, 25.
- Mensa sacra* tabernaculi describitur, *A. J.* III, 6, 6.
- Mephramuthosis*, rex Ægypti, *C. A.* I, 15.
- Mephres*, rex Ægypti, *C. A.* I, 15.
- Merbalus*, Tyrionum rex, *C. A.* I, 21.
- Meroba*, Sauli filia, *A. J.* VI, 6, 6.
- Meroe*, metropolis Æthiopiæ, ita denominata est a sorore Cambysis; prius Saba vocata erat, *A. J.* II, 10, 2.
- Meroth*, vicus Galil., munitur, *B. J.* II, 20, 6; III, 3, 1. *V. J.* 37.
- Mesanaei* originem trahunt a Mesa, *A. J.* I, 6, 4.
- Mesas*, Arami f., Mesanæorum princeps, *A. J.* I, 6, 4.
- Mesopotamia*, regio Asiæ, *A. J.* I, 7, 1. VII, 6, 1; XIII, 5, 10. Judæi Mesopotamii Nisibin potissimum urbem habitant; magna eorum editur cædes, *A. J.* XVIII, 9, 1 sqq.
